

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4**

49 Vorträge in wörtlicher, meist eigenhändiger Wiedergabe - Cod.  
Karlsruhe 3420,1

**Sonntag, Karl Gottlob**

**[Karlsruhe], 1772-1776**

49 Vorträge

[urn:nbn:de:bsz:31-99825](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99825)

Carmen Elegiacum

in quo

iuuenis litterarum studiis deditus  
qui <sup>per</sup> varia flagitiorum genera in per-  
niciem ruit, depingitur

a

Christiano Gottfredo Petersohn.

13 Jun. 1772. - 4708 I



Quas mea mens cernit pestes, quae tristia

damna

Crimina quae sentit, quae videt atque mala

Quae iam circumdant orbem contagia <sup>totum</sup> hostium,  
Et nostrae vitae tempora cuncta tegunt.

Quae genus humanum vexat nunc turba nefanda,  
Et quae congeries perniciosa mali.

Orbem quem regeret merito concordia summa,  
Dissidium, rixa, seditioque premit.

Orbem in quo probitas, virtutes, sceptrum tenerent,  
Crimina corrumpunt tristia, turpe solus.

Orbis, quem sapiens ideo natura creavit,  
Ut postremo ipsi maximus esset honor.

Ut vigeat pietas, ut sit virtute coruscus  
Innumerus vitis obrutus ille iacet.

Ille iacet tenebris penitus demersus in imis  
Opprimit hunc macula flagitiosa cohors.

Mortales video perverfos ordinis omnis  
Et mens illorum pectora prava videt.

41  
Mortales cerno qui credunt se esse beatos  
Oppos diuitis si comitantur opes.  
Si domus est ipsis, Phrygiis inuicem columnis  
Aurataque trabes marmore unguere solent.  
Si dapibus lautis ipsorum est mensa referta  
Atque si findunt pinguis mille boves.  
Atque illis freti committunt crimina, fraudes  
Nec tamen illorum corda leuare queunt.  
Mox alios video luxus periculis amicos,  
Quis hoc nil unquam carius esse potest.  
A lasciuo alius iam iam depressus amore  
Accelerare uidet tristia fata sua.  
Undique flagitii facit malefana libido,  
Genus humana ruit per scelus atque nefas.  
Ille senex uite qui tempora longa peregit,  
Et tremid effoeto corpore laxa cutis.  
Cuius rugosa iam pallent ora senecta  
Et perit in nitido qui fuit ante color.  
Cui cernit pedibus tremulis instantia fata  
Imemor illorum turpia facta patrat.

Quid facies invenis juvenili robore florens?  
Vertosa semper qui leuitate tumet.  
An maculatus erit vitius? cum mundus ubique  
Cum caret omnino crimine nullus homo.  
Hic etiam invenis comuni hac peste laborat,  
Tendunt ad labem pectora namque sua.  
Hunc quoque qui mentem studio intendere querit  
Artes, doctrina quem sacra Musa vivat.  
Pro cunctis aliis pestis deprendit iniqua,  
Obiectus vitii expofituroque manet.  
Hunc vexare potest fortuna vultus acerba  
Hunc si propofitum negligit ipse furor.  
Imemor officii facies quod dedecet ipfi,  
Tunc ipsum miserum fors onerosa premet.  
Incidit in crimen, crimen vitare laborans.  
Mor malus atque nocens, moresq; malignus erit.  
Et iam, Auditores summa pietate colendi,  
Hic invenis de quo dicere pauca volo.  
Ostendam vobis Musarum ac artis amantem  
Sed qui committit criminis omne genus.

Principium, causas conor proferte malorum,  
 Quae sunt exitu turpis origo fini.  
 Nascitur hic iuvenis solamen dulce parentum.  
 Unica spes praesens sola futura salus.  
 Jam pueris vernant dubia lanugine mae  
 Primumque vestibat flore inventa genas.  
 Patria perdit cum more indulgentia matris  
 Ut tandem fiat prodigus atque ferox.  
 Titius hic blandus studiis addidit almis  
 Artibus egregiis ut colat ingenium.  
 Imperium patrium ostendit sua pectora caeca,  
 Ne rabies tristes evomat ipse suas.  
 Advenit ante tempus nunc advenit illud  
 Quo patrio renuit colla scelesti iugo.  
 Mittitur in sedes doctrinae ac artis imago  
 Anget ut studium notitiamque suam.  
 Crimine corruptus scelum iam mole gravatus  
 Hic ruit in vetitum corda scelesti gerens.  
 Artibus ingenium mentem non excolit ipse  
 Adhuc hoc omni tempore finis erat.

49

Patrandis vitis latentia tempora perdit  
Tempora quae certe redolere nemo potest.  
Tempora quae fugiunt fluminis instar,  
Quem valet in fontem non revocare dies.  
Et nunc ipse fuit vitiorum captus amore  
Sed feruus scelerum prorsus ad omne malum.  
Non vitibus amor, prudens hostalis nulla  
Non patrum monitum non probitatis honor.  
Non ullus stimulus scelerodum hunc flectere recti  
Et turpi casu non revocare potest.  
Cum mentem variis studiis ornare laboret  
Tunc ferit ventri saucibus atq; gula.  
Mox furor incestus, mox perfidiosa voluptas  
Ut comites grati cingere comae solent.  
Pullulat et sumit vires animosa libido  
Qua mens brutescit bestia quae fit homo.  
Hinc quis miratus? praesentia robora mentis  
Quod vires pereant corporis atq; simul.  
Jam profudit oves patrandis crimine turpi  
Et dum commisit nil nisi turpe scelus.



Perdidi et tempus pretiosas perdidi horas,  
 Hora praestantes causa fuere mali.  
 Perdidi et tempus ingeni vires, hoc utile donum,  
 Perdidi et robur corporis ipse fui  
 Non quae mobilitas? tempus nunc advenit illud  
 Advenit ac ipsi flebilis illa dies.  
 Cogitur huius inveniis spectatarum ostendere signa  
 De cultu, et vita de ratione sua.  
 Quae fuerint mores, et quas perceperit artes  
 Quomodo perdiderit tempora cuncta sua.  
 Utiles an fuerint Musarum splendida sedes,  
 Et munus fuerint comoda quanta patris.  
 Nunc hoc ipse suo tristi cum corde volutus,  
 Criminis est etiam iam meros ipse fui,  
 Proquit huius inveniis studium non artis honestae  
 Qua pravi mores asperitasque fugit.  
 Aurum proclarum tempus pretiosius auro  
 Excitiorum maestum permittesque fuit.  
 Quis nunc huius fuerit vitis demersus in imis  
 Flagitii, sceleris captus amore malo.

Turpe sibi merito percussus indicat esse  
 Si redit ad patrii moenia grata. soli.  
 Ludere decernit, lueroque imbutur avaro,  
 Amisos numos querere namque putat.  
 Ipsi iam videt vultu fortuna sereno  
 Jam quoque continuo prospera fata favent.  
 Auges opes, numos sectatur turpia luera  
 Mirifice sanctis casibus omne gerit.  
 Confusa mens veluti cuique est ita concipit intra  
 Pectora pro facto spemq; metumq; suo.  
 Roditur ut scabra positum subigine ferrum  
 Conditus ut lineae carpitur ore liber.  
 Atq; suum testem qui fecit multa proterve  
 Intra se merito nocte dieq; gerit.  
 Interius stimulus mordet iam prava pectora  
 Ipsum flagitii nocentet atq; sui.  
 Cogitat, et tristis cum pectore curata volutat  
 Cogitat et crimen subitiamq; suam.  
 Hic nunc qui numos amisit dira precatus  
 Ipsius exitium perniciemq; cupit.

Et nunc huius inuenis studiis addictus honestis  
Errens quod probum superbia lucra legas  
Et quis conuiciis maledictis atq; nefandis  
Tecti sint nunc obvitaeque suae.  
Constituit lucro iam non incumbere superbi  
Et posthac nunquam lucra prudentia petis.  
Sed mens flagitio peritus maculata nefandis  
Mens et quam scelerum vassa vorago petis.  
Mens quoque criminibus cunctis addicta sceleris  
Tristibus in vitis exitioque manes.  
Sic etiam inuenem scelerum qui peste laborat  
Ad rectum circulum reddere nemo potest.  
Unum nam falso credens omittit crimen,  
Mox alio certo contaminatus erit.  
Hic inuenis lucrum raptum iam vitare peroptat  
Ipsa illud summo superbo labore fugit.  
Sed mox flagitii sumpto raptus amore  
Hoc crimen vitans incidit in vitium.  
Peruersus statuit Martis iam castra subire  
Praemia militum puluere lenta sequi.

41

Ipsum se credit felicem ac esse beatum  
Et nihil hoc statu casius esse potest.  
Hic sibi iam reputat laudes acquirere magnas  
Aethonas famas atq; perenne decus.  
Iuuta spes lenues sed iam pervasit in annos  
Namq; animum vana credulitate fovet.  
Nox ipsum bello concinnata molestia vocat  
Effidua cura militisq; gravis.  
Displicet ac ipsi quod exerebit in armis  
Et baculus vexans impia membra sua.  
Rebus in humanis sanxit sapientia leges  
Quas, si fuerit testis vindicat ira Dei.  
Iminet omnino summi vindicta severa  
Et quamvis sero sapiens illa venit  
Impius hic juvenis vitiorum mole gravatus  
Jam poenas summi numinis ipse videt.  
Nox amittit opes cunctas, et lucra nefanda  
Quae nullis luppi pestulit ipse modo.  
Altra dies venit, venit miserrabile tempus  
Quo miser hic invenis crimina cuncta huius.

Pugna duceis insper iam iam committitur acris  
 Qua in darani summum concidit ille gradum.  
 Tandem secus ut proceps in crimina cecidit olim  
 Ut vitio posthac contumelatus erat  
 Invenit ac etiam quae tristia damna sequantur,  
 Auspice sit exitium proximus ille comes.  
 Sic etiam juvenis furibundus, sed in hostes  
 Vulnere nunc merito laeditur ipse gravi.  
 Vulnere quo membrum miserabile redditur artus  
 Quo simul ipsius crimina cuncta luit.  
 Sic poena iusta sui furvi cernitur ira  
 Qua pravae homines vindicat atque premit.  
 Et quae iam restant medicamina vulneris atque  
 Non est curandus flebilis arte dolor.  
 Nunc huius infelix agnoscat facta nefanda  
 Jam de munus cernit. Pultitiamque suam.  
 Quisq[ue] potest ipsi meliorem redolere statum  
 Pristinam quis poterit suppeditare bona.  
 Nunc patrios nummos amisit et utile tempus  
 Ingenii vires perdidit atque sui  
 Et etiam mentis infirmus corpore fractus  
 Aeneas merito laeditur ipse manet.

151  
Nem que perniciosa? ac irreparabile damnum  
Quid nunc hunc juvenem tristia fata premunt?  
Cum iam deberet sanctus effundere largos  
Et metat ex agro premia digna suo.

Infelix lotium, et sterilis dominantis avenda  
Est hic obductus lentibus atque rubris.

Nunc spes meritis solamen dulce parentum  
Spes, cohorem certum sola subitica salus.  
Afferret patrio perdulci comoda larga  
Afferret magnas utilitatis apes.

Nomen sit praestans patriae sit gloria vivax  
Sit laus ipsius perpetuums decus.

Sed que mobilitas! spes fallax decipit omnes  
Decipit et patriam decipit atque patrem.

Hinc nunc extorquet longi tormenta doloris  
Infernes curas tristitiamque gravem.

Est illi labe, est mox infamia lectus.

Est rigens posthuma dedecus atque pudor.

Quo solum est tristis sandatum causa malorum  
Quae inares exitii turpis origo fuit.

Adhuc hoc ipsi nunc indulgentia patris  
 Ann non puniret facta nefanda sua.  
 Crimina sui etiam pulcherrima creditit esse  
 Hic inveniit caeco raptus amore sui.  
 Missus est in seculis doctrinae ac artis honestae  
 Sed subito factus criminis atq; mali.  
 Crimina committit committit turpis facta,  
 Non studijs atq; bonis ingenijq; colit.  
 Et sic huius generis vitiorum mole gravatus  
 Damna mit vi vitium perniciens suam.  
 Adhuc exitum vitio quot semper in alto  
 Mansit, quod nunquam facta secessa putat.  
 Sic fugiens vitium vitio maculatus iniquus  
 Sic nunquam in recti venerat esse viam.  
 Hinc mentem studijs cum non exnavit honestis  
 Perverfis oleum lucra pudenda perdit.  
 Et carens ipsa qua turpia probra sequantur  
 Denique tam Martis castra tremenda subit.  
 Hinc illi lacryma torques hinc aspera fata  
 Illud et exitum perniciensq; gravis.  
 Crimina sui tandem merces est digna secula  
 Turpiter huius vixit turpiter atq; perit.

Oratio  
De  
Questione:

Quo vivendi condicio animi hilaritati  
maxime conveniat?  
habita

a  
Joanne Sim. Hoffmanno Poeta - poetico.

16 Jan 1773. - 1847. I





14

Gene Boeta Penusium: Vita summa brevis, sper-  
nos velat inchoare longam: Vita enim nostra  
quid est, aut quid in ea amoeni? Qui vere de ea  
sentiant, cum ludo comparant, qui melius cum pa-  
lostra aut ergastulo, qui Severis, addo et verius  
cum carcere aut custodia. A natali nostro die si  
intuemur, gemitus sunt & lamenta et unusquisque  
nostram, cum nascitur & hospicio huius mundi ex-  
cipitur, initium gemit a lacrimis, & quamvis omnium  
nescias & ignaras, hoc unum in prima illa nativi-  
tate novit: flere & vagire. Crescimus, cepit & co-  
bignum indignatis, quod ad ultimum vita sermi-  
nam, nos concomedatur. Iuvenis fortium feruus,  
uiris, deo, patriis, nisi debitas, pro voluptate de-  
trahat. Futurum non prospiciens casu, parentum  
monita, doctorum consilia, amicorum hortationes  
contemnit, ruit per omne voluptatis genus, ruit  
contemptus. Fugit interea, fugit irreparabile tem-  
pus, fugit etiam aeternissima, & ruit deum pro rite  
illum demencia, saltem lacrimis deum, ruit de-  
num exclamat: O mihi praesentia referat, si Jupi-  
ter aetas. Penitentem ingreditur aetatem, alio de-  
mentis genere stimulat. Paro ductu gloria ve-  
pudine, non ius, non aequa curat, si modo supra  
alios exurgere, procepta dare ad nubem summo ho-  
mines.

78  
minis dirigere licet. Surrexit, imperat, minatur, habet, cuius cupidine animus suus dies noctesque flagrabat, habet honores, principis est amicus, nihil et certum ferri ad relictam suam sententiam intenti, imperat & morti proximus est imperio suo resistendi. Etenim nunc oppressa animi sui flamma? non est. Ardet vane gloriae famis, donec gratior erat, paucis gratia senectus vires suae abluunt, quo minus ea, quae sibi proposuerat ad finem perducere possit. Quid nunc laborum suorum merces? Invalens uero illam frangit, altant, deiecit. Vivit quidem ad haec: quaequam vitam, nec vitalem, ut ita dicam vivit, & spiritum magis trahit, quam ducit. oculi cedentes, languentes oculi, tremula manus, pedes lumbricis distantes, imbecillitas corporis universa, virumque deiecit, haec omnia, uita prolapso tristiter in memoriam revocant conditionem. Miseram mortalem vitam, brutam uita merito postponendam. Haec enim finis, quem obtinendum a mundi Moderatore sua creata, convenienter vivunt, illi sunt rationis lumen, quo idem illud Naturae illius donavit, opprimentes, quoque vocat affectum uocem sequuntur, non voraginem uident, in quam senectus precipitant, non funis in aeternam

illo flagellaturus.

Secunde, aut. veritate remedium proponam, quo  
vita humana conditio corrigi, quo homine digna red-  
di, quoq; animo recto vera aduici possit voluptas,  
hilaritati animi maxime viuendi conditionem vobis  
indicaturus.

Primum orationis membrum, elationem vite ratio-  
nem, secundum abiectionem excludat,

Tertium vero, solam mediocritatem seruanda  
voluptati animi maxime esse congruam docu-  
bit.

A Vobis vero, Aud. hon. officiosissime peto, ut auda-  
cia huic meo delicti veniam, & hanc veniam audacia  
di libertate & hanc libertatem silentio & attentione  
& hanc attentionem non longa patientia signifi-  
catis: Id quod mihi nominam vestrorum cultori  
asservantissimo est gratissimum.

Elationem vite rationem hilaritati animi vi-  
nime esse congruam, hoc porro mihi demon-  
strandum. Equis vero de hoc dubitat? cum ex-  
perientia satis superque doceat, quibus insidij qui-  
bus persecutionibus ii sint expostiti, quos fortuna  
supra alios exleuit. Quemadmodum enim arbore, quo  
rum vertice, proceritate quasi monstrata celum  
attingunt, magis ventorum, procellarumq; expostiti  
sunt.

la feron, quam qui mediocri sunt altitudini,  
 si etiam excellere qui alij sunt, gravioribus  
 periculis & maioribus subiecti sunt ruinis, quam qui  
 modicam vitam usque peragravit. *Hypono-*  
*stus* est, quod in seipsum, qui altissimum honorem  
 soluntq; culmen ascenderant, casu quodam spe-  
 lino ab illo devincuntur. Dantur videlicet inter  
 mortales, qui nulli invidia plenioris, aliorum for-  
 tunam, quam tamen indastria, doctrina virtute-  
 que sua adepti fuerant, induentur, omnesq; sag-  
 uire, eo coniungunt, ut famam illorum minuant,  
 delicta, quamvis levisima, retegant, aliq; a ma-  
 licia sua excoGITATA adstringant, atque illis e-  
 fortunam amplexu rapiant. Gratia apud prin-  
 cipem valeat? exsurgunt emulationes, obloquies-  
 nes, doli, circumventiones. Talis invidia contage-  
 unt, quae se murere & gratia exclusa arbitran-  
 tar. Quid non agant aut moliantur, ut se ex  
 eo fastigio, in quo sua virtute & applauden-  
 te fama triumphat, si omnino possint, pro-  
 cipitem agant aut deturbent, aut morte sua,  
 sanguinis sui pellem adiungunt ostendant.  
 Neque in felicissimi existendi sunt, qui suo  
 impensio funguntur, quod plurimum inde vult ac-  
 cedant, feliciter adire, atque molestis, propterea  
 ubi amplior est datus, per quam impensam ex-

47  
Et ratio et exempla nos doceant, quam arduum  
hoc opus sit. Nam si inspicimus: quanto nobis  
ab uno capite, lat capite caeteri & universam nul-  
litudinem illam inquietam, discordem, turbidam,  
laeser indigi, sub comate quoddam abedientia  
iugum? Si hoc; quam parvi ab omni suo re-  
penti, qui laudabiliter hoc munere defuerit?  
Nimirum maius quoddam est, quam imperari  
credant, cursum rellum in undato illo mari  
tenere & in tanta fortuna non abripi licentia  
vesti. Quam multo virtutibus opus est quibus  
velut ancoris navis hoc firmetur? Quam vano  
pudencia, qua velut clavo gubernatur? Plu-  
rimum dixerim: nil gravius, nil difficilius est,  
quam hominibus in hominem imperium.

Qua, cum ita sese habeant, Aud. facile intelli-  
getis, quam molestam hoc vivendi genus sit, &  
quomodo plane non cum animi libertate, quo  
omnem omnino invidiam molestiamque excludit,  
consistere possit.

Progrederemur itaque ad alteram orationis partem,  
quo, si quis, ad infimam fortunam detraditur, &  
res ad eos sunt exiles, ut perpetuo exardere  
debeat corporis animique vires, huius parandis, quo  
ad vitam sustentandam requiruntur, quo in-  
quam

quam, magna hic laudem habere possit, hilantibus, in-  
 quiritari. Verum enim vero, si mollescit, quae  
 hoc vivendi generi seculum dicit paulo admirabilius in-  
 spiciemus, paucis inveniemus negatio, sciri non pos-  
 se, ut quis infans forsque homo & idem Alaric animo  
 esse possit. Bonis enim vobis ante oculos, Romam,  
 cui cibum, arborum parum, potum, latex trivialis, vestis,  
 lacerna, defricatio non fouendo corpori, praedam oculi  
 tantum munimentum, nuditas, domus, publicam  
 hospitium, stratum, lumus, quae illi voluptas,  
 quo animi feracitas? Nonne potius gravissima  
 infirmitas percussus, summi Numidii in praesentem re-  
 daqueat, cum seculum perpendit, quod aliis, amantibus  
 fortibus muneribus sint ornati, quod domibus mag-  
 nificis, sanctuosa extractis, lat opulentiis  
 ornamentis exornatis, lat amplexibus hortorum  
 palatioribus exornatis, inhabitant, quod ve-  
 stibus incedant splendide, mollesque, luxuriamque ani-  
 mi prodeuntibus, quod avium miracula, non pro-  
 digia, estivas nives, hibernas rosas sibi parant  
 fiant & ad ornamentum etiam ab ultima Arabia  
 aut India auferunt, cibum faciunt, luxuriam &  
 libidini provocanda, non ut solum aut solum  
 expellant, ipse vero summa conflectitur inopia,  
 domibus, seipsum, ubique caret?

Quae prolesea, si omnia quae dixi proponamus, quae in  
quam alia, cum scripti hae vivendi conditione  
concordata sunt incommoda? Audite de illis ve-  
luffatij virij:

Juvenalium:  
Haec facile emergunt, caris, quorum virtutibus afflas  
Res arguente Domi.

Horatium:  
Magnam pauperum opprobrium, jactet  
Ludij & facere et pati,  
Virtutisque aciem desinat ardere.

Martianum:  
Pauperum inimica est bonis moribus iomae  
Labitur in vitium. culpe scelerumque ministra est.  
Quippe viri si nihil aliud significare voluit, quam  
quod paupertatis iugo pressa, omnia ista desinat, qui-  
bus animas excoli, quibus scientijs artibusque alij imbu-  
quebus quo mala sibi, quoque bona recto iudicio pressis  
despiciunt: Et quid inde aliud, aud. coenae prolept,  
quam quod huius sortis homo, facillime Romano  
& semetipso in felicitatis via sit impedimento? Hinc  
furta, hinc coedes, hinc scandalorum legij natura violatio,  
fama per colam vitio curriculum, ignominia, animam  
denique acribita tristissima pronant.

videlicet itaq. aud. nec altum vivendi genus nec  
humile esse, quod animi lalibus ulre congruum sit;  
quod itaque adhaec nobis restat? Nil nisi mediocritate



hae prodivi, non tantum excedit alios, ut invidiam  
 excipiat, non ita abiecit, ut molestie unde vi-  
 vat conquiescere cogatur. Securam y vitam degit  
 et tranquillam, quantum sibi boni est fruitur  
 & licet haec exsplendescat, nec sordet tamen.  
 Fortis est & sapiens, ad omnes fortunae impulsus  
 ac vicissitudines prole instruitur: in rebus adver-  
 sis & ex animi sententia non cedentibus animam  
 non abiecit; veram fortunam bonam ac melio-  
 rem sperat, in rebus secundis animam non attol-  
 lit, sed alteram sortem, id est adversam refor-  
 midat. Mediocrilas est, quam divitiis vexa pro-  
 dibus Horatius amico suo Lucio no, in ada qua-  
 dam quam semper optinara dixi, comen-  
 dat, sic canens.

Rectius vivas, licet, neque album  
 Semper urgeas: neque dum procellas  
 Caute horrescis, nimium proserando

*Littly in equum.*

Auream quisquis mediocritatem  
 Diligit, Talis caret appetiti  
 Sordibus lecti, caret invidenda

*fabrius aula.*

Sapius ventis agitalur ingens  
 Pinus, & cetero graciore casu  
 Decidunt lunces, serientque sumas

*Valmina montes.*

Sperat infestis, melius secundis  
alteram forte bene preparatum

Perly: informe, hinc, reduit  
Pappiter: idem

Samuel. non si male tunc et alim  
Si est, quondam cithara lauretem  
Faciat Musam, aequae semper arcum  
Tendit apollo.

Rebus angustis animosus atque  
Sordis appare: sapienter idem  
Contra res vento nimiam secundis  
Turgida vela.



in aedem  
adde  
Dignis  
aidur  
tanea  
pallidus  
y asur  
aniam  
nelli  
m atit  
refor  
na pte  
qua  
mra

Oratio  
de  
Præcipuis magni Ducis virtutibus  
habita  
a  
Joanne Friderico Schrickelio.

15 May 1742. - 1658 5 or

DIRECTOR EXCESSIVISIME!  
 SOCIUS HONORATISSIME!

Quemadmodum homines esse quo-  
 tidie experimur, qui sensu suo cuncta  
 judicantes tam precipiti ac teme-  
 rario in rebus fere omnibus judi-  
 cio utuntur, ut ea sapientissime  
 in aliis vituperent, quae maxime  
 laudanda esse videantur, contraque  
 saepenumero ea mirifice in illis  
 probent, quae plurimum improbanda,  
 quemadmodum, inquam, plurimi  
 hujus generis sunt homines qui  
 de plurimis rebus temere judicant  
 atque insipienter: sic magnam  
 quoque hominum partem de magnis  
 belli ducibus perverse judicare docemur.  
 Cum enim nonnulli summum impera-

torem heroemve prædicandum esse cen-  
 sent qui barbarie quadam atque imma-  
 nitate offeratus hostium urbes excidit  
 oves pagosque evertit; qui nil nisi sangui-  
 nem sitiens hostilique sanguine gla-  
 dium tingere gessiens multa hominum  
 millia contrucidare in gloria ponit;  
 qui pervicaci præfractoque animo  
 cuncta perficit; qui denique inani  
 audacia vita sua negligenter, in ho-  
 stium ceteras ferocientis animi in-  
 ta irruit.

Multum autem abest ut ejusmodi  
 imperatores magnorum ducum heroum-  
 ve nomen mereantur. Longe enim  
 alia mens est imperatori qui verum  
 se heroem fuisse offendit. Quasi quip-  
 pe in acie presens stat vel vili-  
 simi militis sanguis multo pretio-  
 sior esset, quam ut, nisi ultima  
 necessitate coactus illum profunderet.  
 Nec enim cædibus delectatur, nec  
 hostium sanguine gladium semper tingere

gloriosum ducit. Quumque vita a coelo  
 mortalibus nil majus datum esse novit  
 majoremque gloriam esse percipit in patria  
 emolumentum vivere quam temere mori.  
 longe abest ut vita prodigus coeca te-  
 meritate in vita discrimina ruat, nisi  
 de patria principisque salute agatur,  
 Atque omnino ii duces, qui coeco fu-  
 rore periculis mortisque occurrunt  
 inconsiderate agentes sua aliorumque  
 vita prodige utuntur, temeritate  
 ac pertinacia cuncta perficere su-  
 dent, infelici plerumque rerum sua-  
 rum eventu offendunt heroum no-  
 men minime se meritos esse. At,  
 si etiam interdum <sup>aliquem</sup> temeritatis sua  
 fructum percipiunt: experientia  
 tamen docet plus damni eos quam  
 commodi adferre.

Ille quidem audacissimus Suecico  
 rex Carolus XII tanta primo armorum  
 usus est fortuna ut vel ipsum nomea  
 quis terrorem hostibus injiceret, sed quantum

<sup>dein</sup>  
 Detrimenti Sueciae regnum ex ejus auaricia  
 pertinacitate cepit detrimentum  
 exprimi vix verbis potest. Inaudita videlicet  
 fortuna ferox et in dies audacior  
 redditus nil ipsi porro resistere opinionis  
 errore sibi finxit, tempori, hominibus,  
 periculis ipsique morti insultare visus.  
 Tandem vero conuersa subito eius for-  
 tuna. Proelium ad Ruttavam trans-  
 erat victoriarum finis, quas adaricia  
 sua reportavit. Ibi enim a Russis  
 proelio victus, Ducibus, armis, mili-  
 tibus, pecunia omnibusque fere  
 perditis, fuga salutem petere cogebatur.  
 Veruntamen aduerso hujus fortu-  
 nae inmemor, quamvis militibus  
 sociisque destitutus, triumphum tamen  
 prepotentium principum viribus re-  
 sistere denique conatus est, nunquam  
 ad pacem animum compositurus.  
 Sed iustas etiam pertinaciae adariciae  
 que temerariae sunt poenas. Si quidem  
 quod Numen populi illius miseruit,

quem in profundissimum miseriarum  
 barathrum precipitavit, globuli tan-  
 dem icu percussus perit, amissa vita,  
 quam tam parvi estimavit. Haud-  
 ceo hunc pertinacemque regem in eam-  
 plum adduxi, quo appareat, non pu-  
 rinde magnam imperatorem esse di-  
 cendum, qui temeritate ac pertina-  
 cia perficere cuncta studet, huncque  
 probe ab illo esse distinguendum, qui  
 cuncta sapienter ponderat constantique  
 pertinaciam audaciamque frangit atque  
 coercet. Verum, herois imaginem de-  
 pingere nunc pergam.

Quod si enim porro <sup>in</sup> acie fiat exer-  
 citus, qui rerum status sit diligen-  
 ter examinat, <sup>et</sup> ac, num ita compa-  
 ratum sit, ut cum exercitu suo  
 suscipere quoquam valeat, omni  
 studio perscrutatur. Neque prius  
 magnus imperator proelium com-  
 mittit, quam aciem ordinaverit mili-  
 tesque officio admonens ad pugnam forti-



ter edendam animavit. Atque ubi ipse  
 profuso ibi profuso militum animus  
 Buccina ad arma sumenda dant signum  
 proelium incipit, tormenta bellica to-  
 nant, pugnantium clamor, armorum  
 strepitus, bellicus tubarum sonus au-  
 ditur timidoque terret, intrep-  
 dum vero militum ad pugnam for-  
 titer committendam accitit. Et  
 Et quamquam heroi in pugna pro-  
 fenti mox amicus, mox minister  
 in latere cadat: erecto tamen spe  
 animo nullaque re confunditur frangi-  
 turque. Pluanti militum ani-  
 mum addit, fugitivum ad redeun-  
 dum clamore secutatur.

Veruntamen quamvis omnibus  
 sapienter prudenterque ac for-  
 titer gestis, res <sup>tamen</sup> vacillant, et  
 pugnando milites proelio vincuntur.  
 Licet vero cedere cogatur: ut heros  
 tamen cedit: licet proelio vincatur  
 servat tamen exercitum; majorem

33.

Quae gloriā exercitū servare,  
quam multa hominū millia  
morti tradere. Nec tamen in infe-  
lici hoc rerū eventū irā et pusil-  
lanimitate confunditur, sed aquam  
semper mentem servat.

Quodsi vero dein benignius fatum  
ejus armā comitatur, si meliori  
fortuna usus se victorem hostemque  
fugatum vidit, nec tum adfectu  
abruptus aut arrogantia extolli-  
tur: utitur enim, non effertur  
victoria. Sic cogitare heros, sic  
victoriā reportare debet.

In universum hucusque herois ima-  
ginem depingere conatus sum: sin-  
gulares nunc epis et quidem prae-  
cipuas liceat mihi explicare vir-  
tutes.

Inter precipuas vero imperatoris vir-  
tutes primā mihi offertur constantia,  
virtus, qua carere imperator nullo modo

potest. Quam enim omnia ducis  
 et magna et gravia negotia, pariter  
 ut levissima, fortune sunt subjecta.  
 ea preposterata fieri posse non potest  
 non intelligere. Quasi vero iam spe-  
 ratione atque impatientia frangitur  
 duplici infortunio martatus cum  
 confundit malaque deteriora re-  
 dit. Confans e contrario impera-  
 toris animus non minus in adver-  
 sis secunda quam in secundis  
 adversa cogitans, ex tollitur nunquam  
 que componit, coque meliora cum  
 efficit.

Non minus autem ad magnum im-  
 peratorem constituendum quam  
 maxime etiam requiritur forti-  
 tudo, que ceteris imperatoris vir-  
 tatibus, ut ita dicam, indit quasi  
 animam. Fortem quippe ducem <sup>ulla</sup> nec  
 impedimenta nec vis, nec minae  
 labefactant. Nunquam ille in  
 rebus asperis perturbatur et qualum-

251  
cunque sibi dant fata mortem in-  
trepidus obit. Nulla laborum diffi-  
cultate, nulla hostis ferocia, nulla  
periculi magnitudine terretur. Supra  
casus omnes ipsamque fortunam  
assurgit.

Quid autem constantia, quid forti-  
tudo, ni ejus sint comites artes  
atque scientia? Atque quemadmo-  
dum impolitus adamas nec ullius  
pretii est nec ab alio estimandus.  
sic omnes quoque imperatoris vir-  
tutes nihili duendas esse fateamur  
necesse est, ni litteris excolta fuerint  
atque exornatae. omninoque nullo  
modo fieri potest ut dux litera-  
rum imperitus heroem sese pro-  
ferat bellumve rite gerere queat.

Scientiis porro, experientiam quoque  
addere tenetur imperator, quo se-  
cundarum ambiguarumque rerum

sciens eaque interritus esse possit.  
 Necessum est ut obsidendis oppidis,  
 committendis proelis, expugnandis  
 urbibus saepius adfuerit, bellica  
 scilicet ipse saepe numero audierit, et  
 viros etiam rei militaris peritissimos  
 de variis belli casibus eventibusque  
 iudicium ferentes audierit.

Omnes virtutes, heroem constituentes,  
 uberius exponere nimis longum  
 foret. Brevis cas enumerasse  
 sufficiat. Requiritur enim ad huc  
 ab imperatore innocentia, tempe-  
 rantia, fides, facilitas, <sup>prudencia</sup> humanitas,  
 labor in negotio, industria in agendo,  
 celeritas in conficiendo, consilium  
 in providendo, summa vigilantia  
 summaque taciturnitas. Quasquidem  
 omnes virtutes in heroe necessario  
 conjunctas esse debere nemo negabit  
 qui absque illis nunquam impera-  
 torem magnum existisse intellexit.

## Oratio,

De imperiorum e Marchico stem-  
mate principum antiquitate  
diuturnitate prosperitateque,  
In celebrandis Na-  
talibus

CAROLI LUDOVICI,

Serenissimi Badensium terrarum  
Heredis,  
Et

Clementissimi Societatis Latinae  
Protectoris,  
Publice recitata

Joanne Friderico Schrickelio

16 Febr. 1773. 1878. II



Auditores suis quisque honori-  
bus condecoratissimi!

Ea est omnium humanarum re-  
rum conditio, ut nihil earum sit  
constans, nihil firmum, nihil sta-  
bile, sed, ut, quidquid in immen-  
sa hac rerum universitate  
cernitur, fluctuet, incertisque  
veluti motibus attollatur modo,  
modo deprimatur. Quum ita-  
que summus ille hujus univer-  
sitate auctor a rerum statim  
principio quibuscunque rebus  
aeternam hancce legem consti-  
tuit, ut perpetuis essent obno-  
xia mutationibus: regam  
etiam regna cunctasque civi-



tates atq: imperia eadem lege te-  
 neri mirum videbitur nemini.  
 Quemadmodum enim temporum vi-  
 ces: sic et imperiorum regnorumque  
 vertantur. Claram olim fuisse  
 novimus et longe florentissimam  
 illam gratiae civitatem, quae inter  
 omnes totius terrarum orbis ci-  
 vitates uti sol quidam fulgenti-  
 simus inter minora sidera eluxit,  
 ex qua illi sapientiae facile prin-  
 cipes, Socrates, Plato, Pythagoras,  
 ceterique prodierunt, ad quam  
 denique tanquam ad sapientiae  
 et omnium bonorum mercatum  
 populi vel ex remotissimis ter-  
 ris undique confluebant. In  
 maxima, inquam, celebritate  
 fuit olim illa doctrinarum in-  
 ventrix, neque tamen quidquam

superest amplius nisi Athenarum nomen. Roma ipsa, vetus illa gentium dominatrix, atque Romana resp. magna, augusta, valida admirandaque nil praeter famam pristinaeque gloriae memoriam servavit. Praeterea et in ipsa Germania nostra imperia floruisse historiae monumentis docemur, quae tam ipsa, quam qui eis praefuere principes, jam dudum interierunt.

Considerata igitur hac civitatum regnorumque inconstantia convincimur, alias gentes robora sumere, alias vicissim concidere. Ac necesse est adeo confiteri magnificentum esse nec absque singulari supremi illius omnium

rerum arbitri tutela ac providentia contingere, ut imperium aliquod in hisce omnium rerum mutationibus immutatum in multa seecula perduret. Quodsi ulla omnino illustri Germaniae familia, Badenium principum domus ob singularem, quae per tot seeculorum decursum eidem invigilavit Numinis providentiam digna est commemoratione; utpote cuius origo ob ipsam antiquitatem tenebris quasi obducta, quae inde a primo ortu principes monstrat nominis claritate et magnificentia cum quovis alio comparandos.

At vero me de tantis rebus nunc dicturum non mediocri sollicitudo metusque perturbat, quum

tantam res dicenda admirationem  
 mereantur, ut eodem admirabile  
 quoque dicendi genus respondere  
 debeat, ego vero nec a doctrina  
 nec ab exercitatione ita paratus  
 sum, ut pro dignitate a me cele-  
 brari possint. Quanquam quid  
 perturbor? Quod nisi orationis ele-  
 gantia me comendaverit, pius  
 certe adfectus excusabit, cui  
 in tam fausto, tam exoptato  
 die filere visum est nefas.

Ad ipsum igitur propositum  
 progressurus exprimere vix  
 possum, quanta ego letitia per-  
 fundas, quae hoc potissimum  
 solenni die, tuo quidem iussu  
 ac benevolentia, SOCIETATIS D.  
 RECTOR EXCELLENTISSIME, verba

facere mihi contingit. Nihil enim  
 civi letius, jucundius nihil, nihil  
 exoptatius esse potest, quam quae ad  
 patriam pertinent, praedicare, et  
 quae sunt principum suorum pre-  
 clara facta, iustis laudibus ex-  
 tollere. Quae quum ita fieri  
 non potest, quin vos etiam, quot-  
 quot adestis, cives, aures mihi  
 praebatis benevolas, imperiorum  
 e Marchico stemmate principum  
 antiquitatem, diuturnitatem  
 prosperitatemque demonstraturo.

Jam igitur primum celsissima  
 Badensis familiae antiquitatem  
 originemve expositurus longe ab-  
 sum, ut erroneis eorum opinionibus  
 innores, qui inani opera illust-

nis hujus familiae origines in Italia quaesivere. Germanice nimirum is honor debetur, ut inter alios quos magnos tulit principes et Marchiones nostros tulerit varia et multiplici gloria conspicuus atque Imperii Germanici et nunc ornamenta.

Evolutis itaque accuratius historiae monumentis compertum est Badenensium Marchionum originem a prisca Faringiae principibus esse deducendam. Hanc vero illustriissimam Faringiae familiam a veteri Bertilonum comitumque Brigoviorum stirpe ortam esse pro certo habemus. Adscensuri quippe ad Etichonis usque aetatem,

Merovingica regia stirpe regnante, po-  
 tentis jam atque conspicui principis,  
 reperimus Bertilonum nobilissimam  
 gentem a filio ejus Adelberto ortum  
 traxisse in quibus Provinciales, uti  
 vocarunt, Brisgoviæ comites comparent.  
 Ab his prodit Bertoldus ille, Faringo-  
 calis et Marchicæ domus conditor, di-  
 visis post ejus obitum terris Faringo-  
 gicis, quarum partem obtinuit Her-  
 mannus, tum nomine illo, tum om-  
 nino Marchionum Badensium primus.  
 Ejusque prosapia per septem seculorum  
 spatium usque ad nostra tempora  
 in concussa stetit. Erat autem  
 Alia Adelbertina familia stirps, qua  
 trans Juram montem terras Bur-  
 gundico-Helveticas in Ergovia occu-  
 patura Habspurgicam illustrem  
 condidit domum, cujus superstes  
 est adhuc illa gentis sue corona,  
 trium imperatorum felicissima

filia, conjugæ materque Maria Theresia.  
 Nec vero minus ab illa Etichonea fa-  
 milia origines suas repetit Lotharin-  
 gica augusta domus, inde a Gebhardo  
 qui Henrici III. imperatoris in primis gra-  
 tia valebat, ducenda; cuius inter  
 posteros referendum esse constat, exi-  
 mium germaniæ decus, sæculi nostri  
 Trajanum, Josephum II., Augustissi-  
 mum, qui nunc est, Imperatorem.

Ex quibus intelligendum est an-  
 tiquissimas esse Marchicæ domus  
 origines easque cum illusterrima  
 utraque augusta domo Habspurgico-  
 rum et Lotharingicorum communes.

Neque vero sola antiquitate præ-  
 stant principes nostri, verum diu-  
 turnitas etiam imperiorum com-  
 memoranda est. Etenim comonstrat  
 Bada principes, qui per dimidia



saepe saecula et ultra civitatem re-  
 xerunt. Eadem autem dictis factu-  
 rus quem primum adferam reperio  
 inter antiquiores Hermanum V. Im-  
 peratori Frederico II. in primis fidum,  
 cuius rei unum illud afferre mihi li-  
 ceat exemplum, quod, quum filius  
 Romanorum rex Henricus, adversus  
 imperatorem, apud Italos tum hee-  
 rentem, sollicitatis principum  
 animis, vim seditionemque excita-  
 re contenderet, ipse in Italiam  
 profectus de periculo imminente  
 admonerat Augustum, non quicquam  
 malorum metu, quae ab Henrico  
 id vindicaturum sibi suisque terris  
 pararentur, deterritus. Huiusque  
 fidei erga Augustum premium  
 illi obtigisse videtur, ut per tam lon-  
 gum temporis spatium dignissimi

29.  
principis imperium protraheretur.

Post illum intuendum vobis propono Bernhardum. At quem principem dico? Cujus virtutis? Quanteque tum inter proceres germanice auctoritatis? Ab hoc ipso tempore enim quo Bernhardus Marchie præesse coepit, novum idque ingens decus accessit Marchicæ genti. Omninoque aut prudentia aut animi magnitudine non repereris ullum admirabiliorem. Quod si autem ullus unquam Teutonicus princeps imperii diuturnitate magnus imprimis habendus est et admirabilis. fuisse profecto diffiteri non possumus Bernhardum, qui sub quinque imperatoribus inter continuos imperii turbines ac fluctus novem

et quinquaginta annos summa  
 cum gloria et auctoritate Badie  
 terras gubernavit. Succedit deni-  
 que Christophorus ille, de Badie terris  
 immortaliter meritis, domus pariter  
 sue ac civium amor, belli pacis-  
 que temporibus constans, in confi-  
 ciendis rebus cautus promptusque,  
 clementie rarum exemplar, ju-  
 stitie cultor omnibusque animi  
 dotibus excellens. Excellentis autem  
 animi hoc maximum efflittit idque  
 in primis commemorabile testimonium.  
 Maximilianus quippe Imperator, bel-  
 lum cum Palatino Electore gravi-  
 simum gerens, inter ceteros ger-  
 manie principes Christophorum quo-  
 que nostrum, fortitudine olim jam  
 conspicuum, adversus illum, ad arma  
 famenda excitare cupivit. Quod

omnino videbatur tempus maxime  
 opportunum, recuperandis, tum quæ  
 Carolo I. ablata, tum novis etiam  
 conquirendis. Veruntamen magna-  
 nimus hic princeps cum commodi-  
 sui neglecto sollicitati omnibus ob-  
 temperare constanter recusavit, co-  
 lenda quippe cum Palatino ami-  
 citia studiosior, quam utilitati  
 propriæ intentus. Atque Christo-  
 phorus inter illos merito princi-  
 pes connumerandus, qui non mi-  
 nus felici quam diuturno in-  
 perio claruere, ut qui pene di-  
 midium suo regimine sæculum  
 expleverat.

Restat, ut quæ antiqua et diu-  
 turna adhuc prædicavi Marchionum  
 Badensium imperia, prosperissima

eadem fuisse communem. Atque  
 si nunc velim per omnes temporum  
 ordines procedere, et singulorum prin-  
 cipum merita, quibus prosperitas  
 effecta est, singulatim per-  
 censere: ampliorum dicendi materiam  
 mihi propositam esse video, quam  
 possim orationis mee terminis con-  
 cludere. seu enim civilis, seu do-  
 mesticæ, seu bellicæ prosperitatis  
 exempla requiritis, non defunt,  
 que ex omni genere adferri pos-  
 sint laudatissima. Ac primo qui-  
 dem quemadmodum Bernhardum  
 ob imperii diuturnitatem, præla-  
 rasque, que eum exornarunt, vir-  
 tutes, supra collaudavi: Ita quoque  
 si civilia facta spectes, quibusve  
 modis sue gentis potentiam aucto-  
 ritatemque adauxerit, in primis  
 etiam gloria dignus censendus est.

exemplis

Utque ex multis unum modo addu-  
cam in memoriam hoc maxime revo-  
candum, quod ipsius opera Hachberga,  
quae inde a longo tempore divulgata  
fuerat, Marchiae Badensi reddebatur.  
Ex quo quidem insignis virium ac-  
cessio effecta. Neque vero alia ab eodem  
Bernhardo laudabiliter sapientique  
consilio suscepta institutaque, et  
magna cum civium salute perfecta,  
omitti fas esse puto. In primis  
autem disciplina revocanda  
legumque ferendarum *studiosis*  
simum fuisse constat. Quibus re-  
bus tum illorum temporum fe-  
rociam cohibuit malaque im-  
pendentia profligavit, tum effe-  
cit, ut ex gloriosissimis, qui  
tum erant germaniae principibus  
ipse haberetur, ad quos vix casus in-

concussus et auctoritatis suae, et ju-  
 rium domus suae nullo tempore ne-  
 gligens. Hunc excepit Jacobus  
 cujus imperium fortunatissimum  
 merito praedicandum est, siue ob per-  
 petuam, qua Marchicae terra frue-  
 bantur, pacem securitatemque, siue  
 ob florentissimam ipsius familiam,  
 ac decora illuc illata. Constat  
 enim in numero filiorum existisse  
 Treuirensium Electorem, multis praeda-  
 re factis insignem, caeterosque digni-  
 tatibus sacris vel ipso terrarum  
 regimine fuisse conspicuos. Emi-  
 nere autem ex omnibus videtur Caro-  
 lus II, cui, quae omnino est salus,  
 religio, civilium et sacrarum re-  
 rum institutio quam maxime  
 debetur. Longum foret reuen-

501

serē leges iuraque civibus data,  
œdificia constructa, scholas insti-  
tutas, literas provecas, et, quæ  
sunt cæteræ civitatis bene com-  
positæ partes. Sed ad aliud prof-  
peritatis genus oratio proferen-  
da est, illuc nimirum, quod in  
bellicis rebus gerendis maxime  
conspicitur. Siquidem in Badæ  
marchionibus principes inventi  
mus, qui ob summam fortitudinis  
laudem nominis sui memoriam  
consecraverunt immortalitati:

Talis vero prædicetur nunc nobis Lu-  
dovicos WERTHEIMUS, belli illud fulmen,  
maximusque heros, quem animi magni-  
tudo fortem, armorum usus intrep-  
dum, prudentia reddidit invictissimum.  
Dux ille summus, qui nullam omnino



hostium ferociam pertimescens in certamina provolabat, fuscisque Turcis et qui alii germanicis mala minabantur hostibus, eoque reductis, ut bellorum pertosi quasilibet pacis conditiones vel cum dedecore suo accipere, quam fortia ejus arma diutius experiri mallent, rerum gestarum fama atque victoris onustus gloriosum denique vitam finivit.

Ommissis vero pristinis illis Babre decoribus, quo quales modo extollam nunc ac prædicem maximum decus nostrum, CAROLVM FREDERICVM IN QVO, quidquid de prisca illis ornamentis prædicavi, omne conjunctum deprehenditur, quique tot in se præclara habet et admirabilia, ut vel

disertissimus quisque orator iis cele-  
 brandis haud sufficiat. Quae enim  
 est vita ~~IPSIS~~? Quae clementia? Quae  
 humanitas? Qui labor? Quanta ~~IPSIS~~  
 comitas? Ut excipit ~~ILLI~~ omnes,  
 qui ~~IPSIS~~ conveniunt? ut adjuvat  
 cunctos, qui ~~IPSIS~~ auxilium im-  
 plorant? Quantus ~~IPSIS~~ erga cives,  
 quantus civium erga ~~IPSUM~~ amor?  
 Quam ~~MUSARUM~~ amans? Quam  
 fovet earum alumnos? Omninoque  
 est in ~~AROLO FREDERICO~~ omnium  
 laudum virtutumque concertus  
 OPE dignissimum, qui cunctas  
~~Badæ~~ terras unus possideres!

Laudabilia hucusque et prospera  
 exposui: laeta nunc supersunt  
 atque solemnia vota. Felix hic dies  
 optatusque, quo ~~SEDES ILLUD~~ gratissimum

Badae terris exortum esse recordamur.  
 In plausus igitur, Cives, atque gaudia  
 effusi festum hunc diem agite. Ad abta-  
 ria vero tua, Benignissime Deus,  
 supplices advolvimur, ab omni ca-  
 lamitate intactam serves Marchicam  
 domum, celsissimos juxta et caris-  
 simos principes, in his CAROLVM  
 FRIDERICVM una cum optima  
 Principe conjugē CAROLINA  
 Complectere, Numen, una cum illis  
 principem juvenem CAROLVM LY-  
 DOLFCVM. Tuere, tege, sospita, bea.  
 Ecquid enim aut civibus aut  
 Musis nostris salutaris evenire  
 possit, Salute TVA, Dulcissime  
 Princeps, qui et nostrum jam nunc  
 es praesidium firmissimum, et civi-  
 tatem olim imperio Tuo tueberis?

Atque sic se *CELSIANAE* PRO-  
*PECTOR*, florebit et Societas. Illa quæ  
 dem Societas, quæ post sexennium  
 denuo nunc lætissimum illum celebrat  
 diem, quo eandem effloruisse summa  
 cum voluptate recordamur. Effloruit  
 tunc Societas reddiditque liberalium  
 doctrinarum imprimisque Romani  
 etiam sermonis studium et inter nos  
 florentiora. Quare quo magis hoc  
 præclaro instituto, bonorum omnium  
 unum plausu digno, votis eorum  
 qui veræ eruditionis sunt stu-  
 diosi, consultum est, eo convenien-  
 tius esse duco et pro *ILLORUM* sa-  
 lute, qui primum condiderunt  
 conditam tuentur, dirigunt, con-  
 servant, vota ardentia concipere.  
 Serva Numen, et sospita *ILLUM* illum

strenu et quovis genere laudis Excel-  
 lentem VRAVM QVQ PRAESIDIJ So-  
 cIETATIS. Quoque patrocinio eadem com-  
 plectitur. Serva quoque GRAVISSIMAM  
 ATQVE EXCELLENTISSIMAM DIRECTIO-  
 NEM. Largire ALIQVITA cursum sine  
 ulla offensione secundum. Profla EVM  
 per longissima adhuc tempora invo-  
 lumentum, quo diutissime possit opera  
 ALIQVITA adfida prudentique consilio  
 fuit Marchica SOCIETAS. Serva de-  
 nique utriusque ordinis SOCIOS.

Simplex cunctaque ista complexum,  
 unum omnium votum esto. VSP  
 SALVSSANT PRINCIPES NOSTRES,  
 VSP SALVSSANT SOCIETAS!



Gratum animam comendat,  
ingratum reprobat.  
Societatemq; salutat.

Callagritii  
1772.

19 Jun. 1772. - 1838. I solut.

*[Faint, illegible handwriting in a Gothic script, likely a medieval manuscript. The text is mostly obscured by fading and bleed-through from the reverse side.]*

*[Faint handwriting visible on the right edge of the page, possibly from the adjacent page.]*

Si, Auditores spectatissimi, pro vestris in me meritis pa-  
rum vobis cumulate gratias egero, queso, obtestorq;, ne meae  
natura potius, quam magnitudini vestrorum beneficiorum  
id tribuendum putetis; atque quod mihi deesse videbitis, velim  
benigne suppleatis. Quae enim tanta potest existere uber-  
tas ingenii, quae tanta dicendi copia, quod tam divinum atq;  
incredibile genus orationis, quo ego possim vestra in me  
universa promerita, non dicam complecti orando, sed  
percurrere numerando? Recensere tamen, quae possum  
conabor, ne ingrata mente beneficia vestra rejicere, eaq;, jam-  
jam ex animo delevisse, videar.

In hanc huius loco, atq;, copiosius de grati animi si-  
gnificatione dicturus, cum primum cum ingrato animo in  
comparationem adducam, ut virtuti ac vitio justa merces esti-  
mationis ipsa comparatione accedat.

Persuasissimum omnino habeo, Auditores, apud Vos omnes  
cum in summa laude esse, qui grato animo nomina vestra pro-  
sequitur, cum abjectam, qui beneficia vestra maleficiis com-  
pensat; et hoc novo quasi ardore, quem, quae fiat ille causa,  
quae inter se confligunt, contendimus: ex eo enim ipso, quan-  
tum sit inter eos discriminis, facile intelligere possumus.  
is haec enim pars pudor pugnat, illine petulantia; hinc pie-  
tas, illine scelus; hinc fides, illine fraudatio; hinc honestas,  
illine supposititudo; denique temperantia, prudentia, virtutes  
omnes, certant cum ignavia, cum temeritate, cum vitiis omni-  
bus: postremo bona ratio cum perditia, mens sana, cum



a mentia confligit. Cuius diversitas! Cuius gloria, que in-  
ter grati, quae ignominia ingrati animi!

Continuabo hanc rem et quoniam proproposito sese distinxerunt  
mea quoque oratione nunc separatenim priorumque locum  
obtincent quae laudem, quam quae reprehensionem merentur.  
gratum itaque animum persequar: quantumque sit eius com-  
modum, quanta necessitas, quanta dignitas, explorabo.

Grata beneficiorum recordatio, haud ita res assumatissimi, pa-  
rit virtutem, virtus sapientiam, sapientia constantiam  
in rebus arduis; eamque, si quis affectus, sumis merito  
laudibus offertur. Et quantos percipimus dolores ex aspe-  
ctu miseri, miseri, quem afflicta calamitas, cui tamen ipsa  
calamitas virtutis est occasio, quanto eum prosequimur  
amore, quanta capimur misericordia, grate enim illam  
excipit, et ipsa in referenda gratia pietas, excitat nos, po-  
tiora in eam collocare beneficia. Videtis hic, auditores, com-  
da grati animi: sed nullum porro officium referenda gratia  
magis est necessarium. Cuius unquam sibi ita in animam  
dixerit: corda hominum ad se transferre, beneficia ab eis  
elicere, qui tamen imemor beneficii accepti, insolentius  
se jactat virtutis suis, aliisque, haud ita magna negligit, fa-  
stidive. Quanquam enim amplitudo quorundam merito-  
rum tanta non sit, quanta illa, quorum aucta exaggerataque  
sunt, facturo, quamquam promeruerunt merita illa a

qui similibus, quamquam denique ab inferioribus, gratus tamen animus ea agnoscit, praeclat, magnique estimat. Cui virtutum complexus, Cui necessitas gratiarum. Cui tandem et dignitas!

Est ita natura jam comparatum, ut, in brutorum modum vivere, apud sapientes nefas habeatur, atque decorum putetur, ut homo, compros ac particeps rationis, rationi tantum consentanea agat, quantum inter senectissimum brutumque interfit, ostendat, atque super ea emineat.

Habetis hic, huic itores, veram grati animi significationem, habetis ejus comodium, habetis necessitatem, habetis dignitatem: id ergo agatis, juvenes, ut eorum vestigia prematis, qui praecelso suo exemplo vias vobis aperuerit.

 laborum magnitudine atque indefessa diligentia,  
 meritis sibi contra heres, ac mortem etiam accele-  
 rare, modo ut bene de se existiment alii  
 nominis immortalitatem sibi paraturos. Et licet  
 in hoc uno deficiat, ut ipsi inter cæteros excellent,  
 et magni videantur, omissis reliquis officiis,  
 intra limina erga suos, erga parentes, liberos,  
 propinquos, amicos, exercendis, in iis modo  
 operibus omnem operam consumunt, quorum  
 claritate plus decoris sibi, aliorum iudicio  
 accersurum, arbitrantur. Tam fuit hæc a  
 vera laude aliena, quam a virtute. Hæc, quippe  
 præcipit recto ordine cuncta inter se concedere,  
 neque officiorum genera ita divellere unquam,  
 ut in uno vel altero eorum negligentiores  
 nobis esse liceat. Quæ quum sit veri honoris  
 iudex, per spicuum est, nequaquam ad in-  
stabilem hominum opiniones gloriam referri  
oportere. In iota de hinc humani sensus  
 iudiciorumque varietate et inconstantia,  
 vix ullus ab erroribus, et iis quidem no-  
 centissimis sibi caveret, quoties non e rei  
 veritate ac natura, quid fieri, quid omitti  
 oporteat, ipse dijudicare, sed ex aliena existi-

matrone voluit pendere voluerit. Fallunt ista  
 & acerrime hominum iudicia. Turbam qui se  
 quuntur, id que modo respicit, quid a plerisque  
 laudetur, pessima haud raro pro optimis eligit.  
 proba, pro vera gloria. Haecque erectioni sit  
 ille ingenio, qui gloriam expetit, ut ex virtu-  
 tis lege atque norma, quae semper sibi con-  
 sultat, nec vixit falli, rectam agendi ra-  
 tionem ipse possit intelligere, et quid vere  
 laudi inseruiat, quid illi officiat, suo  
 iudicio adsequatur. Haec causam esse  
 opinor, quare quam plurimi sibi sub-  
 eundam proponunt honoris viam, adeo  
 pauci felici successu emetiantur.  
 Restat autem altera pars eius rei de  
 qua dicere sum ingressus, nempe quid bo-  
 ni ab his, qui gloriam expetunt, et qua-  
 re ab his solis bona expectare liceat,  
 paucis ego nunc exponam. Qui cuique ve-  
 ram gloriam adpetit, ne unum quidem  
 temporis momentum praeterire permittet,  
 quo non sit bonae eiusmodi et egregiae  
 actionis sibi conscius. Ac longe alia  
 est illius quam ambrosi conditio.

Hic dum rei publicae civiumque salute se pro-  
 futuram simulat, obest; ille vanam hominum  
 de se opinionem adspernatus, vera civitatis  
 comoda promovet. Hic singulis sibi honorem,  
 quem nec ipse habet, nec adrequiritur; ille  
 possidet ac retinet, nam sicuti virtuti  
 sic gloriae perpetuitas constat. Quidam  
 vero a virtute, vade gloriam parari demon-  
 stravimus, optima quaeque esse spectari posse  
 putamus? Non quis sibi soli conveniat,  
 sed omnibus aut plerisque, nec suam  
 sed civium commodum requirit, quem  
 virtus impellit, ut gloriam expetat. Hic  
 rei publicae consulit, operam, studia,  
 tantaeque privatae bona illuc confert,  
 atque laboris fructum sat amplum  
 se tulisse existimat, si salutem  
 publicam adaverit. Neque adeo  
 bona facit, ut laudetur, sed id  
 circo laudatur, quod fecerit. Lau-  
 dabitur sane, ac merita ejus immortali  
 gloria compensabuntur. Quantum  
 enim ei debeat, non erit adeo




demens, quia intelligat. Venite vobis  
 ante oculos, auditores, principem, qui  
 tali ducitur veri honoris amore quam  
 eximus, quam exoptatus, quo encomio  
 dignus. Ille demum vere adpellabitur  
 patriae pater, augustum hoc nomen opte-  
 me meritus. Indulgens, assiduus, ad-  
 felictos levare paratus, auxilia mise-  
 ris oppressisque exhibens, non majori  
 est ulla re adficietur gaudio, quam quum  
 halem se praestiterit, qualem se esse  
 debere intelligit; communis omnium sa-  
 lutis parentem. Omnia quae bona  
 sunt efficit; ardentia pro civium  
 felicitate vota nunquam non pectus  
 impleat, nec omnino felicem se esse  
 putabit, nisi et fuerint, quos tu-  
 telae proleolatibus suae subjectos  
 habeat. Nolo autem longius his im-  
 morari, officii memor, cui, nisi satis-  
 facerem, aut non intellesse viderer  
 quale beneficium in me collocatum sit,

aut omnino terendum mihi foret, ne  
 ingratiſſimum me habeatis. Quod nunc  
 mihi conſeſſum eſt, ex hoc loco vobis ſa-  
 cere, Veſtra, Director Excellentiſſime,  
 alque Socii Ornatiſſimi, benevo-  
 lentia mihi contigit. Haec non  
 poſſum non, Veſtrum illud erga me ſtudium  
 atque voluntatem in me adeo propen-  
 ſam, magno opere praedicare. Ego vero  
 quantaſper ea ratione me vobis obſtrua-  
 xeritis, et quantum ex hoc dulciſſimo  
 conſortio comodi in me, meaſque ſtudia  
 ſibi proſeſtuturum, ſatis intellego.  
 Etque omni etiam cum contentio-  
 ne me eſſe laboraturum, ne illius  
 beneficii, quo me ornatiſtis, vos parti-  
 leat, velim exiſtinctis. Servet  
 Te, Excellentiſſime Director,  
 Omnipotens ille, hominum rerumque  
 moderator; in columnam ſuaſeſſe, Te

scientiarum mearum auctorem et du-  
 cem. Floreat auctoritas V. S.,  
 Nomenque T. M. N. Omnia a Te,  
 DIRECTOR EXCELSISS-  
 SIME, Numen Optimum Maxi-  
 mum ingrata atque molesta aver-  
 sat. O si mea vota valerent. Nun-  
 quam ego beneficiorum Tuorum in  
 me translatam sinceritatem atque  
 pondus in memoriam revocare, re-  
 vocatisq; gratias quas possum ma-  
 ximas, agere omittam. Tanta est  
 T. Ut erga me benevolentia, Quanta  
 sinceritas T. Ut. Ingratissimus  
 ego, omitta gratiarum actione vocan-  
 dus Essem; accipe ergo gratias, quas  
 T. B. Y. persolvo, maximas. Et V. B. N.  
 ORNATISSIMO SOCIUM  
 magnopere obstrictus sum, quod me in  
 hanc splendidam recipis societatem.  
 et vobis liceat faciam, omniq; ex parte  
 beatam degere vitam; quo, quum consortio

Vestro intersim, nunquam non Scien-  
tiarum litterarumq; mearum cognitio-  
nem perfectiorem reddam atque in  
structiorem.



in et  
v. h.  
ie a v.  
E. v. d. v.  
Nasi.  
La av.  
T. v.  
rua in  
atque  
tara, v.  
vum m.  
nta est  
ia, fici  
tiffines  
re v. v.  
tas, qu  
et v. v.  
C. v.  
ad me in  
s. v. v. v.  
s. v. v. v.  
v. v. v.

1324

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

De liberali Ingenio differuit,  
 simulque societatem salutarit

Jan: Fried: Müller

22 Martii 1773 - 1968. For in solus

136

*[Faint, illegible handwriting]*

*[Faint handwriting on the right edge of the page]*

Nunquam sane, licet omnem curam, et studium,  
 Omne Tempus et laborem, summamque diligentiam  
 Adhibeamus, in toto hoc, quem colimus ferrarum  
 orbe, res quaedam, sibi plane aequales inveniemus:  
 Omnis labor in his exquirendis concidet, omniq; frustra-  
 bitur diligentia. Sunt enim omnia varia. Hancce  
 varietatem ubique, (nulla re excepta) imprimis etiam in  
 hominibus, praecipue vero in illorum ingenio observamus.  
 Nullus omnino mortalis est, cujus ingenium plane sit aliis  
 simile. Hoc videmus erectum, aliud prostratum: viridum  
 hoc, illud fruste: aliud alio docilius. Eadem mentis, atq;  
 Corporis diversitas: quod illi Durum patienq; Laborum,  
 huic molle onerumq; impatiens contingit. Altius alia  
 studia amat, et colit, et quod magis sibi convenit, ceteris  
 anteponit. In summa:

Mille hominum species, et rerum discolor usus,  
 Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno.  
 Mercibus hic Italus mutat sub sole recenti,  
 Jugosum piper, et pallentis grana cumini.  
 Hic sativa irriguo mavult surgescere summo:  
 Hic campo indulget, hunc alia decoquit, ille  
 In venerem rumpit. - - - - -



Hic salus ad pacem, Hic castronibus utilis armis,  
 Natura sequitur semina quisque sua.

Usqueque varietas regnat, nec locus ullus expers.  
 Omnia esse diversa rerum Conditori placuit. Sunt itaque  
 etiam varia ac dispares hominum aeturae facultatesque.  
 Est nimirum magna quoque munerum, officiorumque,  
 distinctio; quibus singulis rite, et prouti vite  
 humano indigentia exigeret, obsecundis, persurgendisque,  
 quod opus erat mentis, ac virium singulis concessit.  
 Quae de re cogitasti illud se mihi obtulit, quod vul-  
 gare, et liberale inter se discrimen. Vosque, audi-  
 tores spectatissimi benigna et nonnulla illud obsequium  
 spectantia exponam patriamini rogo. Inia autem mihi  
 dicturo occurrunt; nempe:

primum quid sit liberale ingenium videamus.  
 Deinde illius formandi ratio inspicienda,  
 Tumque quid in eodem formando liberalitatis exer-  
 ceri conveniat expiscinare esse demonstraturus.

**I.** In priori orationis meae parte explanare, et  
 explicare id, quod sit tandem liberale ingenium  
 mihi proposui. Liberale ingenium multo

abhorret, multumq; remotum a vulgari est: Hoc  
 enim minime curat scientias, linguarq; preclaras.  
 Homo vulgaris ingenii nunquam ad grave severumq;  
 munus, neque magis ad cetera officia, quibus ex  
 miles laus, honore, gloria adduntur exhi potest,  
 nec exhi studet. Videt semper in caligine caeca,  
 nec eripi cupit. Deserit et relinquit humaniorum  
 litterarum studia; hisque relictis insana auri,  
 argentique cupiditate fertur: Spiritus continuo  
 habendi amore tortus, vexaturque; animus oppressus,  
 ratio extincta. O Vanum errorem! O praeiua homi-  
 num ingenia! quo tandem reciditis o miseri!  
 Quid non mortalia pectora cogis auri lacra fames?  
 Talia tam fureta, tam spernenda, posthabitis rebus  
 multo praetioribus, et utilioribus desiderant.  
 Spreto, longeque remisso studio praestantissimis  
 in tanta crimina se precipites dant, precipitesq;  
 danti se perpetuo, continuoque in furore illo  
 volvant, atque revolvunt. Vulgaris animus  
 divitias, innumerarq; opes, et bona terrestria,  
 vana, praecipue mutabilia, diligit:

Liberalis contra tanquam vulgaria haec ipse  
 spernit, atque respuit. Ille nocteque diesque  
 infans illorum amore vexatus, atque privatus,  
 hic ceu pestem, fulmineumque arquem fugit,  
 illorumque meminisse tantum trepidat, trepidus per-  
 horret. Tandem in Liberali ingenio videtur exercitius  
 quiddam, quo efficitur ut Laborem vel ingen-  
 tum, vel continuum non recuset, nec adspere-  
 tur, sed summa etiam cum voluptate suscipit,  
 neque prius abstineat, quam, quibus lau-  
 dem sibi parare existimet perfecerit. Animus  
 ejus semper laetus, quamquam saepe multo,  
 duroque Labore gravetur. nullo Labore  
 prostermitur, omnia suscipit, susceptaque per-  
 ficit. O praestans ingenium, o excellens! Quis  
 non sperpuit praestantiam! quem ardens  
 illius amor non incendat?

II. Nunc de formatione Liberalium ingeniorum pauca  
 dicam. Affert necesse est primum ingenia  
 quae formari possunt. Nam nisi fuerint ejus-

modi que cultum admittant, decusque et splendorem  
 capiant, quis formare quis excolere poterit?  
 At ubi est ea ingeniorum capacitas? ubi iuvenes  
 ad erigendum, et apta perficiendum? sunt omnino  
 rara et non facile requirenda: pauci profecto reperiuntur,  
 qui ad altius cognitionis fastigium tendunt, et majora,  
 amplioraque adsequi laborant: quibusque obscuritatibus,  
 ac tenebris menti offusis liberari tandem cura est. omni  
 igitur cura et studio requirantur ipsi: omni attenti-  
 one excubandum est, ubi eluceat talis ingenii vis,  
 ubi resplendescat tale sidus carissimum.  
 Sed cum requisieris, quid tunc? molli  
 benignitate, Dulcorumque amore eos excipias  
 necesse est: Siro Jugo ipsos opprimas, mul-  
 toque labore ipsos fatiges, quo statim repelli,  
 et matori potest propositum, studiorumque amor  
 extinguatur, Caveas! benignis que profertant  
 auribus excipias, neque verbis asperis, mi-  
 nisque acerbis ipsos perturbes: sed plerumque  
 summam diligentiam, cum sempiterno studio

et opera, impendas, ut ipsis studia amena,  
 et dulcia, omnemque Laborem, gratum, facilius  
 efficias! amica voluptate animos illorum detec-  
 tes, et erigas. Scrupulosa porro cura custodias  
 sua, nec vere unquam oculi ab eis amoveantur.  
 Absit etiam societas cum illis, qui motum rades  
 studisque insensum sunt, et animos forman-  
 dum facile mutare possunt. Annus enim  
 Juvenis nil mutabilis, nil inconstantius; ex  
 incipiti mutatione temporum semper pendit.  
 Sed quid proficit requisitio illorum, quid hu-  
 manitas, quid amor, quid demum omnis  
 Cura, et Labor, ubi occasio in studiis cres-  
 cendi deest? Nil sane unquam! sine occa-  
 sione nunquam cresceremus, nunquam cogi-  
 tio nostra proficeret: propterea idem usamus.  
 Deinde ut illorum ingenia expirentur, et aperi-  
 tur accurate studendum est. Capienti. labiliq;  
 modo eos emovere, et instituire fructum studio-  
 rum præclarum ante oculos ponere: hæc  
 sunt que ingenium explicare sufficiunt.

Incipientes haud multo Labore premas, studiaque  
 ipsi ingrata, et acerba efficias. Atque mirum  
 est quantum possint etiam juvenilia ingenia  
 Aemulatione juvari, et alieno, coque optimo  
 exacui. Neque iusta laudatio neganda videtur,  
 Quoties laudabile aliquid peractum est. haec  
 enim efficit perseverantiam, et assiduitatem  
 in studiis: Cui enim laudatur, ut saepe laude,  
 tur operam dat. premia tandem accendunt  
 animos formandorum ad pergendum, satum  
 Laborem, gratam omnem operam efficiunt.

## III.

Quoniam a libero appellata est liberalitas, libe-  
 ralisimum haberi convenit qui liberrime, quae  
 sunt optima, in plurimos profundit. Est quae ex  
 eo genere ingeniorum cura, quibus fovendis, formandisq;  
 qui incumbit, usq; agit, ut omnem Laborem omnem studio-  
 rum assiduitatem, (si est qua accretitas) maxima cum  
 voluptate ferat: fontem abest ut ultra alia re adhaec  
 induci queat, ut soli indagante, et proferente veri,  
 satis amore tribuendum sit. Valent quae de intolerabili  
 Laborum mole queruntur. Sunt et alii quos fugiat

ille, cuius ingenium formari debet: qui, o quanta  
 mole prostrati, hinc quanto labore simpliciti sumus  
 noctes diroque clamant, et clamantes aures  
 aliorum fatigant: Quo tandem recidimus! omnis  
 dies nobis annus, omnis annus seculum nobis esse  
 videtur. Omifranda studiosorum conditio! o tristis vita!  
 O vita morte ipsa acerbior! ubi dulcis quies, ubi gra-  
 tum animo otium! quando tandem dabitur omni  
 cura, omni que studiorum acerbitate acerbitate vacare?  
 His querelis, hoc insano clamore multi studiosi (veri  
 non studiosi) collum incendunt: hos sempiterna ululata  
 dies noctesque vigerunt. Hos fugat ille, hos  
 summa cum obsecratione respuit, hos amulari ob-  
 horreat! Nulla tam aliena ab eo res sit quam  
 questus et vis. sole amore veri, bonique viri  
 debet. Sed tandem formator, ad altius cognitionis  
 fastigium evectos, majorem feliciorumque doctrinam  
 affectos, quis fructus, quis usus manet? quid  
 proficit omnes scientias tenere, tam varios, tamque  
 multas linguas intelligere? quid interest summam  
 possidere capacitatem, summamque habilitatem.  
 Nescio sane quis fructus praesentis huius diei

Dignus sit: Dubito quem usum, quem ex his capimus  
 prestantissimum appellem; Tot, <sup>te</sup> tamque studiorum utili-  
 tates se mihi offerunt, ut ubi incipiendum, nesciam.  
 quid? licet nihil preter supremum nomen cognoscere  
 disceremus; quantus vel hic solus fructus? Quantom  
 ex hac jam cognitione utilitatem traheremus? Quanta  
 jam hac gratia? Quid de ceteris scientiis pulcherrimis  
 dicam? quid ex linguis preclaris? Quantus mihi  
 dicendi campus aperiretur si de singulorum scientia-  
 rum, de singulorum linguarum usu dicere vellem?  
 Descriptionem tam multarum linguarum, et scientiarum  
 vel copiosissima charta, vel spatiosissimum volumen  
 non caperet. Sed hunc preclarum thesaurum  
 possidentes cum aliis etiam dividere debemus.  
 aliis etiam iterum formare, et ipsis lumen  
 intelligentia infundere. Aliis tandem usum studio-  
 rum, et fructum ostendere quo non potest esse  
 quidquam melius, nihil prestantius, nihil  
 preclarior.

X X X X X



Liberalitatem Tendem vestram, Director excel-  
 lentissime, socii spectatissimi, agnosco, et  
 honores mihi attributos: Quam liberalitatem,  
 Quos honores ipsos nemo degne satis estimare  
 potest, nisi qui splendorem Familiae vestrae,  
 atque Commoda quae inde manant uberissima  
 experimento ipse perspexit. Quo enim majora  
 sunt vestra decora, hoc plus Liberalitatis  
 eorundem communicatione erga me quoque vos  
 Exertuisse grate profiteor. Equidem quam sint  
 in me exiguae facultates hanc vestram volun-  
 tatem et benevolentiam abunde intellego, neque  
 vero sanen potui mihi temperare, quin me  
 omnino vestrum, atque sic demum vestro  
 Consortio dignam effici vehementer cuperem.  
 Nam quoties haec studia, haec exercitationes, haec  
 liberalis ingenii nutrimenta intueor, iudicabili  
 plane gaudio aedificior. Quis ~~pro~~ pro fan-  
 tis quae in me collocata sunt, beneficiis  
 Opimas persolvat grates? Quis insuffi-  
 ens gratias persolvat sufficientes. Quan-  
 tum debitum mihi solvendum incumbit? Debeo

vobis Director doctissime, socii omni laude digni  
inimitabiles gratias: Ac debere me confitebor donec  
ab vobis aditus partem factam exsolvere valebo.

Te Director excellentissime, uti illustris hujus  
societatis, ita studiose nostrorum moderatorum, spem  
nostrae fidissimam omnipotens celsi moderator Olympi  
salvum et proclivem longos feruet in annos. Nil  
tibi sit novum facitis tibi dura senectus. Nestores  
Numeris annos Tu felix divinumq; augurium! Aeternum  
vireas, vigeas, floreas! floreat etiam illustria  
societatis membra; Juret ipsius prospera et  
auctoritas inconcussa.



*[Faint, illegible handwritten text in a single column]*

*[Handwritten text on the right edge of the page]*

*[Handwritten number '7' on the right edge of the page]*

Perfectum in minori genere et insigne  
melius esse, quam imperfectum  
et mediocre in majori.

Dissertat

Philosoph. Wohlrich.

7 Aug. 1773 - 2028. or

150.

*[Faint, illegible handwriting in the center of the page]*

*[Faint handwriting visible on the right edge of the page]*

Neminem Vestrum, Dilector Excellen-  
 tissimo, locūque Ornatissimo! letelil, effivere  
 quid valeat bona educatio. Omnino enim nulla  
 pars vitae illius fructu potest carere. Nimirum  
 haec est educationis ratio, ut in rebus potissimum  
 accomodemur, quibus servire, quas prosequi  
 convenit; quarumque cultu, tum fortunae, vitae  
 nostrae, tum communi aliorum utilitati optime  
 prospiciatur. Itaque, quemadmodum, qui a  
 recta via deflexerit, fieri non potest, quin  
 eandem cursum prosequatur, contrario itinere,  
 alio atque intendat, feratur: sic quoque,  
 cujus male instituta sunt vivendi principia,  
 continuis, per omne vitae spatium, errori-  
 bus eam implicari videre necesse est. Nec  
 juvenis, nec virilis aetas, neque senectus,  
 aut commodum ullum, aut adjumentum,  
 aut praesidium habere potest, ubi edu-  
 cationis cura neglecta est. Perpetuo la-  
 batur juvenis, nisi, quo natura impellit,  
 in id maxime direxeris; perit virile robur,  
 nec in ulla re praecleara excelsit. Et aut

monstrata via et ratione, qua possit naturae  
 bona perfici, et cum suo aliorumque em-  
 lumeto explicari. Quid denique de sena ar-  
 bitramini? Eudem credo, eum, si caruerit  
 educationis comodi, aeque sibi intolerabilem  
 esse, ac vix alio ferendum. Quaeque aetas,  
 posse habita illa, rudis est, horrida atque  
 inculta. Ad deo omnia vitae decora, lux,  
 splendor, utilitas, fere sola educatione  
 continentur, quae si sapientior instructa  
 est, efficiet, ut ex omni genere laudem  
 parare; si, illud offensum, ex nullo possit.  
 Valde ergo dolendum est, quod res tam magni  
 momenti, quae omnibus aliis anteponen-  
 da esset, tam turpiter a plerisque  
 negligatur; dolendum est, quod tam perver-  
 sa sint educationis genera, quod pluri-  
 mi tam longe abfint a vero. Sunt autem  
 multae bonae educationis partes, in  
 quibus ea vel praecipua est, ut indoles  
 facillimeque studiose observentur, neque

in alienum genus ac studia diversa trahan-  
 tur. Namque naturæ ita comparatum est, ut  
 non omnia conveniant, et quoniam sicut mortalium  
 vitæ, munera plurima, eaque diversissima,  
 Effector naturæ sapientissimus, quæ sin-  
 gulis essent obvianda, ipsa ingeniorum  
 dissimilitudine denotare voluisse videtur.  
 Boni ergo viri, patrisque liberos suos  
 amantes, eoque felices cupientis officium  
 est, studio sissimo naturam liberorum ex-  
 plorare; quibusque rebus habiles effecti-  
 vial, diligenter animadvertere, quo pateat,  
 quod potissimum studiorum genus consen-  
 taneum sit atque conveniens. Id si negli-  
 gitur, minime mirum debet esse, quare tam  
 multi, contra naturam, velut in aliena,  
 contortis ingenio, omnem operam perdant,  
 neque ullam fore laudem consequantur,  
 quam non nisi ex altioribus rebus  
 consequi posse, perversè existimant:  
 quasi possit hac laudi esse, velle altius  
 evolare, quam a natura permissum est.



Quo fit rae penumero, ut, quum se applicuit  
aliquis ad maiora, quam quibus erat idoneus,  
parum eum proficere videamus, qui fortasse in  
alia re, alios etiam superasset. Hac de re co-  
gitans, animam induci nunc demonstrare.

Perfectum in minori genere et insigni, melius  
esse, quam Imperfectum et mediocrem in  
majori.

In I<sup>ma</sup> Orationis meae parte, quorsum ea  
valeat distributio generum, ostendam

In II<sup>da</sup> Quod, in quoque genere perfectum sit  
habendum, differam.

In III<sup>ta</sup> Quare tandem plus laudis habeat,  
quod in minori excellit, quam mediocritas  
in majori, docebo.

Præbeatis ergo mihi, Director Excellentissimi,  
Sociique Ornatissimi, benevolas aures, caute  
rogo.

Primum ergo illud a me dicendum est, quid differant  
inter se vivendi genera, et quorsum accipiendum  
sit, quum magis aliquid ex his vel minus  
praedicatur. Non uno sane genere aut ordine

mortales continentur, sed multis variis que ordini-  
 bus distincte sunt. Quod si hujus distinctionis  
 fundamentum petimus, triplicem video esse rationem,  
 quarum prima e re est, quam sibi subscribunt, et  
 in qua operam consumunt; Altera spectat  
 ad facultates, quibus ad id maxime utuntur;  
Tertia denique oritur ab utilitate, quae in  
 societatem inde inferitur. Consumitur autem opera  
 hominum in variis rebus; sunt qui operam  
 collocant in re militari; sunt alii, qui ad vir-  
 tutem, ad Dei cultum populum adhortantur,  
 sunt, qui agros colunt, sunt opifices; sunt  
 mercatores; dantur porro artifices, et multa  
 alia studiorum genera, quae quidem omnia,  
 ex earum rerum discrimine oriuntur, quas  
 unus quisque sibi subscribit. Dein, si specte-  
 mus, quam facultatem unumquodque genus  
 requirat, nova distinctionis ratio offertur,  
 omnino autem duplex est facultas; alia, quae  
 in viribus corporis maxime posita est; alia,  
 quae mente, et quae ingenio continetur. Sic, qui  
 in agris colendis occupantur, qui opificia  
 exercent, et quae natura progeniunt, variis  
 usibus accomodant; qui pecora pascunt, qui

oneribus ac mercibus transportandis operam impendunt. Et id genus plurimi alii corporis robore ista omnia perficiunt. Sed sunt alia occupationum genera, quae, ut recte fiant, non, quid corpus valeat requirendum est, sed quid ingenii vis possit praestare. Ex quo genere omnis doctrina liberalis, et infinitae prope modum illius partes habendae sunt. Porro ad id genus pertinent plurimae artes, quae vixit ingenio et facili inventione opus habeant; quibus doctibus qui caret, non potest quodquam in eis proficere. Atque etiam ipsa imperandi scientia, hoc uno maxime continetur, ut, qui alios regere suscipit, ingenio plus, quam ceteri, valeat, animique bonis et facultatibus instructior sit.

Tertiam posui esse distinctionem rationem, quae ab utilitate procedit. Neque vero uniusmodi est utilitas. Nam, quae a singulis generibus comoda utilitatesque oriuntur, liquidum esse arbitror. Stratores atque opifices comparant ad vitam beatam

pertinentia, mercator illa conquirat, et per totum  
 terrarum orbem diffundat; ea, quibus regio quaedam  
 abundat atque superfluit, ad ceteros profert, ab  
 iisdemque alias res, quas ea regio non procreat,  
 et quibus carendum omnino esset, comparat,  
 atque ita perpetua commutatione efficit, ut diffinitae  
 gentes, longissimis locorum intervallis sequeantur,  
 veluti partes et membra in unum corpus redeant, et  
 communiter rebus cunctis fruantur, ut ex quoquoque  
 genere omnibus satis sit, nec egeat ullus. Nonne  
 hoc Societati humanae usui est? Vari modo  
 illi, qui militiae se se dederunt, Societati homi-  
 num maximum adferre possunt usum.  
 Finis patriae, ipsam que patriam armis sui-  
 lantur atque defendunt; hostiles conatus repri-  
 munt; pericula arcent; vim injustam cohibent.  
 Damna, necesse, oppressionem atque servitium  
 profligant. Nonne vos, Director Excellentissime  
 Sociique Ornatissimi! conceditis, militiam  
 Societati humanae aeque utilem esse, ac  
 cetera studiorum genera? Quid denique eruditi  
 universo humano generi prodesse possint, civili bet

conuertat; virtutis quippe viam comonstrant, animosque  
 diuinis rebus incendunt; ingenia bonis artibus  
 excolunt; mores emendant; ignorantiam, tenebras,  
 immanitatem barbarismque expellunt; sacratissima  
 iura seruant atque distribuunt, omnino que ho-  
 mines, vere esse homines, ac suis bonis frui  
 edocent. Omnia itaque, quae hactenus exposui  
 studiorum genera, in quibus operam cum ratio-  
 ne collocamus, utilia sunt. Nam, ubi de prae-  
 stantia ac dignatione eorum, quae in re lau-  
 dabili versantur genera, et humano generi  
 profuant, quaestio mouetur, idque dispiciendum  
 est, quae nam ex iis emineant ceteris, maiora  
 et praecelantiora finit existimanda, merito con-  
 tendere posse mihi videor, quod in aliquo  
 genere praecipui inesse putatur, utque cete-  
 ris anteponatur, id a natura nullo modo  
 duci posse, sed totum ad civilia instituta  
 referri oportere. Natura enim singuli  
 ordinis omniaque genera inter se cohaerent, sibique  
 inuicem inserviunt, ut nec maior nec minor  
 quisquam habendus sit, si ad rem bonam, sive

hanc, sive aliam, se se dederit. Qui agrorum colit, non magis eo carere potest societas hominum, quam illo, qui imperat. Eadem est necessitas operas oblocantium, ac conducendum. Qui ingenia aliorum formant, ab his requirunt, ut corpori serviant, ut victum parent. Qui talia accipit, reddat alia.

Est perennis participatio et communicatio; et quom sicut infinitae fere vitae humanae necessitates, quibus singulis, ab aliis aliter subveniendum, postremo illud efficitur, ut mortaliam nemo, quis quis fuerit, solus sibi sufficiat. Usque eo non est, cur ullus alium, sua magis opera, quam se aliena egere cupiat. Si ex natura bona cuncta nascuntur, et invicem exaequantur.

Plato sua sponte querit, si qua sunt genera hominum, si qua societates, quibus nulla res alia proposita est, praeterquam alios turbare, opibus et fortunis defraudare, maleficia, scelera et flagitia exercere, uti latronum; perfidorum, non modo dignationem ullam eis non habendam, verum, tanquam pestem civitatis omnino illis ejiciendas.

Quod si igitur vera sunt, quae hactenus disputata,  
 intelligendum est, ex civitatis constanti arbitrio  
 pendere, quantum cuique ordini hominum digni-  
 tatis conveniat. Civitatis utique interest,  
 ordinem modumque singulis praescripi, quae  
 praecedere, quae subsequi, et quae lege alii  
 alios excipere debeant. Sui ordo si abesset,  
 quis non videt, nullam aut legibus aucto-  
 ritatem constare, aut obedientiam civium  
 non excipi posse; quoniam civis parere alieno  
 praeecepto grave est et futurum. Ergitur  
 ordo civitatis requirit, quo rectius singulae  
 partes inter se consentiant, ut singulis  
 sua dignitas assignetur. In civitate princeps  
 primum locum obtineat, quoniam ab illo  
 civitatis universae constitutio dependet,  
 et ab ipso, seu uno capite civilia membra  
 iusto ordine continentur. Huic proximi  
 sunt, quibus utitur minister, qui inter-

Quae consilium, ex eoque primas, veluti rei publicae partes, attingunt. Reliquorum ordinum iterum alia est distributio.

Ad secundam orationis partem progrediar: Quid in quoque genere perfectum sit habendum, expositurus. Hoc, quum perfectum dico, non de eo cogitandum est, quod ita suis omnibus numeris absolutum, ut magis et excellentius plane esse nequeat. Talis quippe perfectio fortasse inter mortales omnino non datur. Nam si perpendimus, quae sed nostra conditio, quanta imbecillitas, quis est, qui non perspicual majorem in omni re animo concipi posse perfectionis gradum, quam mortaliū alius ad sequatur. Perfectum ergo illud dico, quod ceteris, quae sunt ex eo genere, non quae possunt esse, praestant, ut artificem, qui alios, in eodem genere laborantes, superat, in quo plus est artis et scientiae, quam in ceteris, qui eandem artem profitentur, merito ob id perfectum existimamus; quanquam, si in se spectaveris, qualis possit esse ars illa, et qualem perfectionem capiat, illuc nondum pervenisse intelleximus. Hanc ergo notionem perfecti sequamur, quatenus,



quid sit in quoque genere perfectum dicendum,  
 asseruari debet. Et quo facile potest intelligi,  
 qualem interpretemur esse mediocritatem.

Quippe, quum ne id quidem adferatur est ali-  
 quis, quod plurimi alii adsequuntur, nec pro-  
 fecit, quod noluit proficere, ultra mediocrita-  
 tem ut certe non ad surgit: Sane, quum ita  
 sint, perspicuum est, in unoquoque genere  
 dari quiddam perfectum, ex comparatione  
 cum aliis, ad id genus pertinentibus, sic  
 vocandum. Singule volens agricolam, egregie,  
 quae ad singular partes eius vitae perti-  
 nent, et universam, ut ita dicam, rustican-  
 di artem complexum, laboribus suis in-  
 tentum, semperibus, semperatibusque, ad  
 quodque opus callide ulentem, qui perite  
 arare, semina commode spargere, solium, gign-  
 endis frugibus et frumentis, habiliter  
 reddere didicit, hisque colligendis seruan-  
 disque assiduum: erit is in suo genere  
 aequè perfectus, ac ille, qui ad rei publicae

gubernacula ad motus; prudentia, civitatis roge-  
 dae atque viribus, ad communem civium  
 salutem augendam et conservandam, necessariis  
 instructus est. Singula vobis principem talem,  
 bonam, beneficentem, indulgentem, et qui id circo-  
 ratur esse videtur, ut imperet. Quidni perfectum  
 in hoc genere eum praedicemus? Sed nolo  
 his longius immorari, quam ex dictis satis  
 possit intelligi, quid perfectum hic a me dica-  
 tur. Verum, quem non mortalibus con-  
 cessum sit, in uno quoque genere, ad illam  
 perfectionem ascendere, maxime convenire  
 arbitror, priusquam animum ad aliquod  
 genus applicemus, diligenter requiri, cum  
 id naturae et facultatibus nostris congruat.

Sequitur ergo illud, quod tertio loco  
 supra a me positum est, ut explicem, quare  
 tandem plus laudis habeat, quod in minori  
 aliqua re excellit, quam mediocritas in  
 majori. Duo sunt, quae, ut illa sententia,  
 me adducunt: Primum, quoniam, quae

minora vulgo viliora que habentur studia, si usum  
 spectas in societatem hominum inde manantem,  
 ceteris, quae putantur esse majora et speciosiora,  
 nihil cedunt; deinde, quae sunt in ullo  
 genere perfecta, minus vulgaria esse obser-  
 vantur, quam in quoque genere mediocritas.  
 Difficile non est intelligere, quantum vita  
 hominum capiat ex his rebus, usque pro-  
 diis, quae inter vilissimas a multis nu-  
 merantur, utilitatem, et quam us omnino  
 carere nequeat. Illa videmus campestris  
 operas et rusticantium genus a multis  
 contemni; quum interea, qui intelligentio-  
 res sunt et prudentiores, ab isto ordine  
 operis civitatis effluere perspiciant. Eadem  
 est vere artificiorum ratio, quibus omnes  
 quidem in comoditatem vitae utuntur, sed  
 raro tamen, quae dignatione eos haberi fas-  
 sit, aestimant. Illa si cogitemus ab-  
 esse, quod difficultatibus, quanta mole-  
 stia, sine laboraremus. Ex his liquido

apparere arbitror, non ut uno aliquo genere,  
 ut ut speciosiori et magis conspicuo, dignatio-  
 nem esse quaerendam, sed quicumque rei bonae  
 studuerit, hoc huius generis, hoc alius  
 sit, aestimatione dignum habendum  
 esse. Dein expeditum est, illud quoque  
 rarius evenire, ut in aliquo genere  
 excellens quis existat atque insignis.  
 Contra ea vero facillime in omni genere  
 repereris, qui mediocritatem quandam ad-  
 eunti sunt. Quare nullo videtur esse lauda-  
 bilior, in his rebus versari, in quibus  
 ultra mediocritatem licet emergere, quam  
 ad altius aspirare genus, in quo vix  
 tantum praestare valeas, quantum quivis  
 alius. Et an late petent, quae a me  
 dicta sunt, ut ab eisdem causis, qui  
 omnino facultatem altiora consequendi,  
 non habet, nullo rectius in id studium  
 conferat, in quo, mediocritatem saltem  
 attingere queat. Cuiusmodi, opinor

Auditores, quanto pere fallantur ii, qui  
 inani specie illusi, contra naturam, ma-  
 jora, quam licet consequi, expetunt. Et  
 igitur cuique id maxime proposuitum, ut ex  
 se et natura sua ac viribus suis requi-  
 rat, quod maxime sibi sit conveniens,  
 ac nisi in majore aliqua re emerge-  
 re possit, in minori saltem perfectum  
 se exhibeat.

Amicitiam, quod nemo nisi bonus recte  
 observare possit. Demonstravit Chuller. Lahr. 1773.

28 An<sup>o</sup> 1773 - 2038. or  
 curm. heroic.

*[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a list or index.]*

*[Faint handwritten text visible on the right edge of the page, possibly from the adjacent page.]*

Heroum laudare opera, immortalia regum,  
 Arma virum, galeas, et fortia corpora nostra  
 Dicere chusa horret, Crædela bella recedant!  
 Dulcis amor cordi, Pyllades, te, Dulcis amice,  
 Te canto: fugiant multo sub Tartara missis  
 Infignes, fugiant gemitu in limine Atreidæ!  
 Terribilis cornu sonitus, cantusq; tremidus,  
 Horrifonitq; tubæ strepitus me terret amantem.  
 Heroas cadis cupidos, animosq; cruento  
 Aquasantes ferrum; Crædela fulmina belli  
 Horreo: linguo locum, quo squalida regnet Erynnis.  
 Dixe vele thavos, Telum, ceteresq; fugittæ!  
 Tormentumq; ferend lethum: cui bella canenda  
 Bella canat; Mea chusa bonus laudabit amicum.



Dic mihi, Iulus, ergo quid tandem verus amicus,  
 Quid sit et officium, quod amicus praestat amico,  
 Et praestare decet, gravibus, Iulus, Annue coeptis!  
 Quid furor? et rabies? quid dira insania cordis  
 Quid crudele odium, vel quid discordia visis?  
 Talia non cernes, non tam furiosa videbis,  
 Invenies nunquam tam dira in pectore amici.  
 Haec vesara colunt tantum crudelia corda,  
 Qua pascunt animam insidias, quae tristia bella,  
 Quae mala dira colunt, quae crimina noxia volunt.  
 Quaeque volunt peiora magis, spernuntque decora,  
 In vetitumque ruunt miseri, (miserabile visum)  
 Vos infelices, vos crimina dira colentes,  
 Pectora respicite o! punctissima, dulcia corda,

Quis amor unius inest, non in contraria rumpunt;  
 Certus amor cernendus ibi, concordia lata.  
 Non ibi seditis, non squalida regnat Erynnis,  
 unum una cupiunt, et patet sententia firma.  
 Fortunata voco vos o! iunctissima quondam  
 pectora, quodidum que mors distinxit acerba,  
 Nulla dies unquam memori vos eximet auro,  
 Dum colitur sincerus amor, dum sunt in honore  
 unanimes, jonathan, et leni corde Davides.  
 Semper amor moribem, lucis contemtor in illo,  
 Aspera non nubes, tempestas horrida nunquam,  
 Nec mors ipsa valet seungere pectora iuncta.  
 Neisus et Euryalus iuncto mirabile dictus,  
 Quos cinis ater habet, quos non minus opprimit auras:

Absente Aenea, summo cogente periclo,  
 (Namq; adent vocis, et mens appetitima sumi)  
 Conveniunt Archifiadem, per multa pericla,  
 per incerta rogas, per duro corde Camillam,  
 Dardaniam revocare suis, sociisq; referre.  
 Talia Concordes volunt, ornata sed aure  
 premia divorpunt, et auribus irrita ednant.  
 Nunc iter accelerant, multos ad Tartara mittunt  
 pallida, qui duris veniunt concurrere talis.  
 Euryalus tandem rapuit splendens bullis  
 Cingula, prima mali labem, mortemq; ferentem.  
 Nam promissi equites, praedam galeamq; videntes  
 Splendentem luna radiis, mareq; cruscant,  
 Invadunt miseris caligine noctis eurtis.

Xifus abit jamjam: melior illyffus in hofes  
 Euryalus, Xifus telis occurrit acutis,  
 Et percutit multos, fulvâq; extendit arena.  
 Euryalum tandem circumdant, Xifus amicus  
 Advolat, et nitidum vagina deripit ensim:  
 Multaq; conatur; Labor omnis concidit: Illi  
 Euryalum telo transfigunt; Xifus in omnes  
 Irrumpit, telo latronem figit acervo,  
 Confosusq; simul: Tum se propevit ad illam,  
 Quem vitæ magis delectat, placidâq; ibi tandem,  
 Morte quiescit et in lecto quoq; juncta manebant  
 Pectora. felices! si quid mea carmina possunt,  
 Nulla unquam rapiet vos menti oblivio nostra,  
 Nulla aetas poterit reflingere nomina vestra.

Hic spectatur amor, quo nunc is (quæso) recipit?  
 O! ubi regnat amor? quo verus abivit amicus?  
 Undique diffidia regnant, concordia nusquam!  
 Unus erat pylades, unus qui nallet dæfer  
 Ipse mori, his una fuit per sæcula mors.  
 Ipse gentilis nigra caligine mæsus  
 Lunam splendenti viventi vivit amore!  
  
 Jamq; revertatur, verum laudat amicum!  
 Simplicitas, pietas, probitas, in pectus amici  
 Vivit, casta in se demonstrat vivere semper.  
 Nubila non mutant, non aspera tempora vitæ,  
 Inobolis haud sequitur fortuna lumina. Vulgus  
 Terga parata fuga, (quoniam dormitat amici  
 perniciem) tenet: hac abeat conjunctio vera!

In dubio casu certus cernendus amicus.  
 Dum fortuna faciens ridet, Caelumq; proterum  
 Latitias aperit, et dira pericula sollicit,  
 Dum jamus firmi, felices sorte ponda  
 Innumeris, qui se conjungunt pectore nobis  
 Cingemur, nos et per multa pericula ducunt  
 Incolumed; famuli, defensorq; salutis.  
 Sed subito surgens tempestas horrida rampit  
 Quae tibi fors dederat, subito tibi singula tollit,  
 Auxiliisq; caret, fuge nunc, nam pectora multa  
 Sunt conjuncta tibi) solamina dulcor amicos  
 Auxiliunq; ferat, dulcissima corda require!  
 Tempora sunt cunctos unâ infelicia amicos.  
 Abstraxere jaces (miserum o!) relictus ab omni

Auxilio. quo nunc abierunt pectora quondam  
 Donec soppes eras, arce conjuncta? sed omnis  
 Lapsulit atra dies, Tempestas horrida sortis.  
 Talia non cernes, non tam funestari amico  
 Cui stadia bona mens est, ex parte malis,  
 Foedera qui seruat secum sancita, videbis.  
 Non soppes iri, non lethiferentia tela,  
 Non tristes casus, sortis mutatio nunquam,  
 Non mors atra valet corrumpere dulcis amoris  
 Vincula: pro socio socius vult fundere vitam.  
 Vis felix Alcestis amans: exemplum amoris  
 Excellens veri, Jamdudum mortua vivis.  
 Te pygii lacrymare lacus, urnisq; vacare  
 Obelides, in qua tuo sedisti Ogygthe foso.

Haudq; Charon peragit munus, nec Tantalus undam  
 Captavit refugam. Se o! defleerat ipse  
 Umbrarum Domines, squalentia regna gubernans.  
 praemia digna tibi dederat Syrius huius, Heros.  
 Nonne probatus amor pro conjugis fundere vitam?  
 Singula quid referam? nil non mirabile cerno.  
 praeterea infelix auri, argentiq; cupido,  
 Divitiarum ardor, sospitq; insania nummi,  
 Non socios subigit, nec dulces cogit amicos.  
 Divitiae fugiant, et fervidus ardor habundi?  
 Jamq; Unidad fugiat cupidus, Berecyathius Heros,  
 Omnia qui voluit fulcum vertatur in aurum;  
 Haec petit a Baccho, et Ulexum reddidit illi.  
 Servit et Liber, Charo gaudebat alumno.



Lætus abitis, thédas, nocturnaq, munera tentat,  
 Cingula que tentat nitidum mutantur in aurum.  
 Ipse citus splendens in dente indurat avaro,  
 Inter divitias ergo Berecyathius Heros  
 Innumeris fuerat pauper, divites miserq,

Hæc nocturna procul perfectus spernit amicus,  
 Haud opibus patens animum, meliora peroptat.  
 O! in amicitiam creant et fœdera talis dixi,  
 Neve Iovis magno, et præstanti nomine digni,  
 Coniungant inter sese, et sua pectora firmant,  
 Vult aliud flagrans, quod respicit alter, at ille  
 Contemnit nihilq, putat, quod diligit ipse.  
 Hæc miseri tandem, sic in contraria rumpunt,  
 Fœdus amicitia sanctum tum corrumpit unâ.

Foedera nemo, Bonus nisi, Conseruare ualebit  
 Dulcis amicitia, quod uerum Tullius inquit.

trauerit  
 abur in  
 turat am  
 and th  
 in m  
 pms s  
 a p  
 ra t  
 omia d  
 ero p  
 mit ab  
 ligit i  
 e p  
 mit u

*[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]*

Poetae illius dictum:  
 Viri scit vulnere, virtus.  
 explanavit  
 Mauritiu.

12 Febr. 1774. - 2158. or

*Faint, illegible handwritten text in cursive script, possibly bleed-through from the reverse side.*

*Faint, illegible handwritten text in cursive script, possibly bleed-through from the reverse side.*

*Faint, illegible handwritten text in cursive script, possibly bleed-through from the reverse side.*

*Partial view of handwritten text on the adjacent page, including words like 'P', 'ste ma', 'hlo de', 'ta Pa', 'Wit', 'ter: fo', 'ant t', 'moran', 'ellog', 'vntia', 'S: fe', 'imph', 'D', 'se an', 'had'.*

Bona fortuna universa, Auditores  
 estimatissimi, casu aliquo, vel iniquo  
 fato deficient tandem & dilaban-  
 tur. Valetudo corporis aegritudine de-  
 fluit; robustissimi vires senio enervan-  
 tur; formositas pulcherrima cadit; ho-  
 nores lubrici sunt; (etenim quem dies  
 veniens supernum videt, hunc abiens  
 relinquit hami iacentem) tandem aurei  
 divitiarum montes liquefiunt, evanescent,  
 & sic stabile est nihil: sic constat  
 imortale nihil.

Dissimiliter vero proorsus contingit  
 in animi bonis, quo voracis avi denti-  
 bus non atterantur, & adversa fortuna

Stabilibus non dissipantur. Sed vult  
 virtus oppugnari, vult premi, vult  
 in acie ac ferro, vult cum hostibus  
 versari, & inter arma crescere. Nulla  
 vis inimica virtutem perfundat, imo  
 vero auget, accendit, inflammat; marce  
 sine adversario virtus, virescit vulne  
 re. Sed opera precium est, ut in  
 ipsum etiam distinctius ac expressius  
 enucleemus. Est autem verus poëta  
 sensus:

Animus vera virtute imbutus,  
 non frangitur adversis que obtin-  
 gunt casibus, sed crescit eo uberius.  
 Quam rem satis exhaustam fore puto, si  
 vulnera ista, acerbosque casus recensu-  
 ero, atque

II. Inviolatum virtutis animum, & qui

fieri possit, ut istis potius erigatur, imo  
augeatur, ostendero.

Rogo igitur, Auditores Spectatissimi,  
ut, quantam mihi deest eloquentie, (deest au-  
tem plurimum) tantum ab humanitate vestra,  
ac benevolentia accedat.

Varia sane mala, et a variis originibus, I.  
ei accidunt, qui virtutem colit, omnemq; vitam  
suam cum ipsa degere studet. Sed duo pra-  
ecipue sunt fontes, ex quibus omnia ipsius  
calamitas quasi emanare videtur: alter pra-  
vorum undiq; dispersonum hominum impro-  
bitas; sors alter. Quippe nefarius fla-  
gitiosus istis mos est, ut, quia ipsi vitis  
excellant, virtutibus ornatum sustinere non  
possint, sed ex omni societate rejiciant, in-  
ferantur. Et quot sunt miserandi mor-  
tales, qui atrocissimo illorum furori evadere



non potuerunt, quantaq; mala, qua in-  
 iungere illis conantur. Hic vivo  
 pium probumq; virum, veratum tot ini-  
 micarum odio, in quem crimina ferunt,  
 nunquam commissa, cuiq; oblectantur, so-  
 mam latentes. Illic cerno oculis inte-  
 grum virum atq; incorruptum, & qui ni-  
 hil deliquit, quam quod nihil deliquit,  
 victima hostium furoris corruxere, mor-  
 teq; abripi indigna atq; imatura. Haec  
 est invidia vis ingens ac rapida.  
 Sed quid moror istis, quid dictis opus  
 est, quum facta loquantur. Respici-  
 te tristia Sacrae illius facta, qui tu-  
 men civitatis, totius Graeciae saluti pro-  
 spicere solus suffecisset, multis injuriis

agitabatur, iactabaturq. Et te, prae-  
 pue, o! Romanorum decus, Seneca, tu-  
 osq. appello manes, testorq., qui omnem  
 senilem tuum sanguinem emisisti, ut  
 Furibundi istius tyranni cadisq. avari li-  
 bidinem exsatiaret.

Sed & praeter ista detestanda capita,  
 superest hostis alter, qui virtutem oppu-  
 gnare videtur, fors. At tam multa ex-  
 stant atq. tristia fati prodigia, ut si-  
 nem nullum orationi invenirem, si quavis  
 enarrare conarer, praecipua tantum ad-  
 grediar, ex quibus facilius elucescet, in-  
 nocentem cum noxio, iustum cum injusto  
 pares perferre miseras calamitatesq.  
 Hic terribile sese atq. horrendum oculis

meis obicit spectaculum, et quum qua  
 sit flammæ vis, et quas devastaciones  
 incendiam invocat, animo recordor, toto  
 corpore perhorresco. Video enim tecta  
 ista magnifica, quæ montium instar  
 apicem in nubes altas erexere, simul  
 cum piorum ædibus nunc in cinerum  
 vasa, atq; cum æminio splendore suo, qui  
 omnium oculos præstrangebatur, destruc-  
 ta atq; disiecta. Illic flumen rapi-  
 dum & pro abundantia aquarum exas-  
 tuans, scindit pontes, aggresq; firmos,  
 tectis agrisq; vastationem ingerens, nul-  
 lamq; refrenationem sustinent. Verberat  
 aures meas miserandorum hominum quiri-  
 tatus, qui undarum sevitiâ cohibentur;

ipſi in prædam ceſſere. Hic dehinc<sup>89.</sup>  
terram vides exitiabilem vomere ignem,  
urbes totas virtutis impietatiq; fides  
corruere, totaſq; regiones ſubverti; ma-  
ſtas incedo locos viſuq; deformes, templu-  
rum adiumq; ruinas colluſtrans. Illic  
totas provincias bello involutas cerno,  
armorumq; fluctibus iactari ac pene  
mergi, & ita ſæpius, ut nullas cladum  
ac funerum finis, nullas effuſa ſanguinis  
modus & laniena, ut pius cum impio,  
probus cum turpiſſimo pari cade cadant.  
Tandem ſuperest crudeliſſima fere fati  
ſævitia, Lepſis, lucet illa violenta, hæc  
triftis lurida mortis imago, quæ in una  
iam urbe tot millia hominum tanquam ſu-

roris sua victimas atrocissimo modo ab-  
sorpsit. — Oislu pascio. —

Hæc sunt ista præcipua virtutis ac-  
versa, quibus vulnerari quidem & premi  
potest, sed non opprimi. Vincit tandem  
& crescit eo uberius, quanto deprimi-  
tur violentius; quod quidem in altera Om-  
tionis parte ulterius explicabo.

**III.** Est omnino inter illustrissima virtutis or-  
namenta, gloriari in adversis, pati ex-  
celso animo injurias, despiciere pericula.  
Sed omnis de hac re disputatio absolu-  
ta erit, si qua sit eius causa & quo mo-  
do acerbis erigatur virtus, excussero.

Et causam istius, quis ignorat? Quis  
ignorat, virtutem esse Dei progeniem?  
Itaque ex celo nata, una ad celum tendit, ac

Sola permanat omni seculo durabilior; ridet  
 casus ipsos ac vicissitudines rerum. Sed si  
 praeter ortum etiam ipsius naturam per-  
 contemur, facile inueniemus, quanta sibi  
 prebeat solatia. Nimirum ipsa sibi est  
 merces ac pretium, & mox ex contemplati-  
 one sapientia divina, qua explorare inter-  
 dum suos nunc prosperis nunc adversis in-  
 cipiat; mox e rerum fugacitate vanita-  
 tem solatia haurit. Non si male nunc  
 & olim sic erit, animo reputat, veniet  
 aliquando dies, qua nos affertos in li-  
 bertatem eximet his mortalitatis vin-  
 culis, & ea lugenti hoc campo in ea col-  
 locabit, ubi omnium miseriarum finis  
 est, ubique nec temporum nec beatitudi-  
 nis modus unquam futurus.

Ita sunt graves istae causa, quae vegetant  
 virtutem, atq; ad reportandam super hosce  
 hostes victoriam corroborant. Restat  
 ut & alteram executionem quaestionem: Qui  
 fieri possit, ut miseris ac calamitatibus  
 magis erigatur virtus. Sit autem uti ar-  
 borum mos est, quae quo violentius ventis  
 agitantur, eo altiores in terram radices  
 agunt, ut quo magis in nos feriunt ma-  
 la, eo erectior est animus, omnesq; for-  
 tunc ictus fortius excipit, & ut ignis  
 paleam exurit, aurumq; nitidius reddet,  
 ita & calumniae & quivis casus acci-  
 bi hominem vera virtute praestantem  
 illustrent, deniq; uti saepe viva ampu-  
 tando magis desepant, ita & quae ad-

versantur virtuti, profunt, eamque magis con-  
firmant. Sed forsitan dubitabit quidam,  
an etiam tales unquam viros viderit ter-  
rarum orbis: ad perlustrare quosq; lumina  
ista totius Graeciae: an non equitatis stu-  
dium exilium Aristidi accersivit? sed for-  
titer vicit; an non studium sapientiae ve-  
nerum Socrati adduxit? sed mortem non  
timuit; an non integritas & patria salutis  
cura Demosthenem in calamitates detra-  
xit? sed non fractus est animo, neq;  
concussus.

Hic, Auditores aestimatisissimi! in si-  
gnum virtutis splendorem intuemini,  
& non erit, quod virtutis pietatisq;  
studium amplius vobis comendem; sed



194.

Civis Vestrum ad ultimum aelamo:  
Tu no cede malis, sed contra auden-  
tior esto, quam tua te fortuna si-  
net.

Mortem  
Sapiens contemnat:  
demonstravit

Johannes Fridericus

Rehany. W. Falco 1774.

216 8. I or.



Spes, vis illa divina, quae mancum,  
 resocillat, miserum erigit, moribundum  
 resuscitat, cunctis, qui ex hominibus descen-  
 dunt, ab ipsa natura innata est. Ille, qui  
 compedibus catenisque compingitur, semper  
 futurae libertatis forebit opinionem. Ille, qui  
 penuria & egestate, ferocissimis humana se-  
 licitatis hostibus, premitur, aliquando maxi-  
 mis abundantem divitiis se videbit. Is, cui  
 mors proximus vicinus, videns futura, egra-  
 tus nunc, sanus atque letitia perfusus sibi  
 apparebit. Sperat enim diu se adhuc victu-  
 rum. Insipienter vero sperat. Quid enim  
 stultius, quam incerta pro certis habere,  
 falsa pro vero? Quam dubia spes nostrae?  
 quam fallaces? Fallaces & vitres! Sunt  
 autem homines ita comparati, ut & tunc spe-  
 rent, si omnino desperandum, & ibi omnia  
 timeant, ubi nullum plane periculum. Plu-  
 rimi mortem metuent, quae omni animum  
 expedit terrore, iis autem plerumque mors  
 est terribilis, quorum cum vita omnia ex-  
 tinguuntur. Hoc meditatum ab adolescen-  
 tia esse debet, mortem ut negligamus: si-  
 ne qua meditatione, tranquillo esse animo,  
 nemo potest. Moriendum enim certe

est, & id incertum, an eo ipso die. Quis  
autem id, quod vitari non potest, metuit,  
is vivere animo quieto nullo modo potest,  
eumque esse dementem & insanam, rebus  
vincam necessariis, si probarem mortem  
contemnere esse sapientis. Id probationis  
ostendam; quae sit vita hominis, osten-  
dam: quae ejus finis, quem dicimus mor-  
tem.

I. Vita nostra, auditores estimatis-  
sima: si in omni suo ambitu considera-  
mus, quid est, nisi scena, mundus, thea-  
trum, actores, homines, mors, finarium? quae  
in ipso dramate, illos citius, hoc tardi-  
us spectantium oculis subducit: & ut  
omnium finem facit, comedia finis,  
sic mors nostri. Quid enim certi hic  
est? & quid haec vita nisi velut estra-  
mine flamma? quid nisi mare? in quo saepe  
per aliqui alicunde fluctus, sepe tem-  
pestas, & tandem & mortis scopulum,  
inevitabilem, navicula hujusmodi nostrae,  
in qua sumus, naufragium? ubi  
fruges aliae in herba pereunt, aliae  
in culmo, aut in arista, aliae de-  
niq; maturescunt & metuntur,

ita genus humanum. Cuiusdam in 199.  
ortu, alii in infantia, alii in adolescen-  
tia, aut iuventute, alii in virili etate,  
alii denique in ipsa maturitate cadunt  
& decedunt e vita, quemadmodum  
Jesus viator e semita, vel conivator  
faturatus ab epulo. Ut in mari unda  
undam trudit, sic in hoc vita salo, multa  
falza & amara: dolor, dolorem accipit,  
calamitas, calamitatem, & quid quisque  
vitet, nunquam satis homini cautum  
est in horas. Trice enim & spinae hae  
omnis vita, & fallitur, qui quaerit in  
ea gaudiorum flores. Dum vivimus,  
sepe curis, moerore, luctu obnubilatur  
animus, sepe damnis, erumnis, cala-  
mitatibus inhorrescit. Alias nervi nos,  
alias pedes vexant: nunc dejectos, nunc  
catharris, nunc de capite quaerimus, nunc  
faucibus, nunc ventre. Sed ita Deo vi-  
sum exercere suos, & per dura ad aspera ducere  
& paulatim ad metam. Cuius nobis aliud agri-  
tudines & morbi, quam mortalitatis magistri, qui  
vasa colligere, deque abitu cogitare nos morant  
& jubent; in hanc sortem nati sumus, jactari

in hoc maerorum pelago. Vita enim nostra quid est, aut quid in ea amoerit? qui bene de ea sentiant, cum ludæ comparant, qui melius, cum palestra, aut ergastulo, qui severius & verius, cum carcere aut custodia. Et natali nostro die si intuemur, gemitus sunt & lamenta, & una quisque nostruorum cum nascitur, & hospitio huius mundi excipitur, initium sumit a lacrymis, & quamvis omnium nescius & ignarus hoc unum in prima illa natiuitate novit, flere & vagire. Et cum grandiores eorum pulset, quid nisi cura, sollicitudines, suspensa implexa laborum, molestiarum, anxietatum series? Quis dies in ea letus, aut hora, cui non denæ alia succedunt, tristitia plena ac doloris? imo quid in ea tam optabile est, quod non mixtum poculo aliquo maerorum? Vicut in mari etiam extra tempestatem, & procellas, fluctus semper & undæ: ita in tristia huius vite falo, turba semper & motus: etiam cum non angores & lamenta. Nil hæc vita, nisi instabile stabulum, nisi carcer, cuius plures sunt vincula, non melles, compedes; quam in ea delicia, & blandimenta. Nil est nisi fumus, aut nihil. Quid nisi via, cuius finis, a summo illo, niam finis? quid nisi statio, in qua tantisper collocatis, est consistendum, dum fumus ille imperatori visum? ut ille qui iter facit, miliaria jam sibi lapideum distinctione præmonstra, invenit, non distinguit: sic qui vite hu-

ius viam ingressus est, annos suos complet, non  
 interminat, decipit, non sumit, finit, non desinit.  
 Quid nisi fluctus? assidue in meta, & in spe su-  
 mus & ab omni unda calamitatum rasi murus, que  
 ventis modo inhorrescit, nunc placida tranquil-  
 litate ludit, & blanditur. Heu sortem huma-  
 nam! homuli quid sumus, quid vita nostra? quam  
 exiguum hoc quidquid vivimus, & casu pendu-  
 lum! brevis est vivere nostrum, punctum tan-  
 tum temporis & puncto minus: in quo presens  
 instabile est, preteritum nihil, futurum incertum.  
 Punctum dico, corpus hospitium, non domus; in  
 quo brevem omnino moram trahimus: si cum eter-  
 nitate comparatur. Quid enim si relegata fortuna  
 pompa, & ambitione rem ipsam intuleri velimus?  
 quid inquam sunt seculi opes, ad non mortuam?  
 quid purpura illa? qui majestatis ille apex? ni-  
 si superbe constructi carceres, atque auree compe-  
 des, que latentes animi torturas celant? & sur-  
 da carnificis conscientie flagella, equuleos, fi-  
 diculos, uncas sub splendoribus felicitatis martili.  
 Immortalia ne speres, monet annus, & alium  
 Quo rapit hora diem.  
 Frigora mitescunt zephyris: ver preterit aestas  
 Interitum simul  
 Pomifer autumnus fruges effuderit, & mos  
 Primum recurret incens  
 Quis scit an adiciant hodieque crastina summa  
 Tempora De Superi?  
 In tanta varietate & inconstantia rerum, quis vivere  
 adhuc amet, aut non metuat?




O miserum, qui mortem, quae atris circumvolat  
 alis contemnendam esse non viderit! mors nihil  
 est, quam naturae animantium dissolutio vel  
 corporis animaeque seductio; exitus non est, sed  
 transitus; abitus non obitus, torrenti similis qui  
 fere saxis admurmurat, & plus terroris ostendit  
 quam habet. Dolemus amissos, non amittimus  
 sed premittimus, ex tenebris ad lucem, ab ho-  
 minibus ad Deum. Et si eam sanis rectis oca-  
 lis intueamur, doloris portus est, & amicorum  
 nostrorum decessus, non funus est, sed foenus.  
 Mortui enim peccare desinunt, & migrantes ex  
 hac vita, vitam intromittunt, in qua gaudiorum  
 nec modus ullus, nec finis. Ipsa mors portus  
 statio, post tempestatem requies. Dormientium  
 animi maxime declarant divinitatem suam.  
 Multa enim, cum remissi & liberti sunt, futu-  
 ra prospiciunt, ex quo facillime intelligitur  
 quales futuri sint, cum se plane corporis vin-  
 culis relaxaverint; ceteras enim res cunctas  
 habebunt perspicuas ex quo, Auditores spe-  
 ctatissimi videtis, nihil esse morti tam simile  
 quam somnum, in quo fortunae discrimen tolli-  
 tur, quod malorum ultimum; ultima peram linea.  
 Innumera de hoc exstant exempla, nonnulla pro-  
 feram. Babyloniorum regina Nitocris, supra  
 portam urbis celeberrimam, loco edito & con-  
 spicuo, sepulcrum sibi extruere iussit, atque  
 his verbis inscribi: Si cui regum, qui post me

apud Babilonios imperium obtinebunt, pecunie  
 iniqua fiderit, aperto sepulchro, sumito quantum li-  
 buerit. Ne tamen aperto, nisi indigerit: non  
 enim proderit aperuisse. Sepulchrum hoc Da-  
 rius aperuit, non autem pecunias, quas sperave-  
 rat, invenit: sed cadaver, & verba haec exarata:  
 Nisi turpis lucri studiosus es, & te incupe-  
 bilis pecunie cupiditas teneret, mortuorum se-  
 pulchra non violasses. Et hunc apud veteres de-  
 gignit morem fuisse referunt, ut mortui regis  
 corpus non ante sepulchro tenderetur, quam  
 cuncta ejus facta expensa essent. Volenti cuius  
 facultas dabatur, defunctum accusandi. In-  
 stituebatur iudicium, & si plura malefecisset  
 res coargueretur, caerebatur sepulchro. Cinguli ca-  
 dem sumus materia, nascimur omnes eodem modo,  
 eadem nos expectat conditio.

Mihi videtur acerba semper & imatura eorum  
 mors, qui immortale aliquid parant. nam qui vo-  
 luptatibus dediti, quasi in diem vivunt, vivo-  
 di causas quotidie finiunt: qui vero posteros  
 cogitant, & memoriam sui operibus extendunt, his  
 nulla mors non repentina est, ut quo semper incho-  
 atum aliquid abruptat. nunquam magnis in-  
 genis cara in corpore mora est: exire atque e-  
 rumperere gestiunt, aegre has angustias ferunt.  
 Mors autem tunc primum equo appetitur  
 animo, quam suis se laudibus vita occidens  
 consolari potest. Cum morimur, compedes

laxantur; carcer aperitur; angor ex animo ex-  
 truditur; lacrymæ exarescunt; luctu animus  
 liberatur; Formido deponitur; cura adimitur  
 valetudo restauratur; cathartus; capitis; ven-  
 tris omnesq; dolores leniuntur; & sic tan-  
 dem ad metam pervenimus. Tunc id ad-  
 huc remanet solatium, mortem hanc ipsam  
 quam nonnulli tantopere exhorrescunt  
 viam nobis esse, que nos ducet ad vi-  
 tam. Hæc votorum nostrorum summa, hæc  
 spei nostre anchora; Nunc aspiramus  
 omnes, & in hac una felicitate glo-  
 riamur.



Vita hujus suavitatem non in  
voluptatibus, sed animi exerci-  
tatione positam esse.

Ernestus Dietericus Bohm.

14 Martii 1774. - 2218. 02.

206.

Director Excellentissime  
Sodales Honoratissimi!

207.

Omni animalium generi a natura in-  
fitum est, ut se, vitamque suam et corpus  
luantur eaque, quae vicina videntur,  
declinet, omniaque, quae ad vitam sunt ne-  
cessaria, scrutentur et acquirant. Sed veri  
indagatio atque inventio propria est pro-  
pria est hominis, ratione et intelligentia  
præditi, illiusque menti a natura inest cu-  
piditas verum videndi. Quare, quoties et-  
iam vacatio ulla aut remissio ei concedi-  
tur ab arduis negotiis, aliquid videre au-  
dire et discere studet, vitamque suam  
juvandam reddere nititur persera-  
tando cognitionem rerum occultarum  
admirabiliumque. Oblectatur maximarum  
rerum indagatione nihilque nisi a novum  
oculis ipsius obicitur, quae naturam  
inspicit et contempletur. Miratur  
in finem

infinitam plantarum, animantium, atque  
 virium varietatem, quae quidem singula lu-  
 culenta immensa sapientiae, vestigia pro-  
 se ferunt. Contemplatur pulchritudinem  
 mundi, ordinem rerum, fatisque omnibus  
 in rebus creatis omnipotentiam et sapien-  
 tiam Summi Numinis intuetur. Equidem  
 qui dies noctesque bacchando cōterit omni-  
 busque corporis voluptatibus indulget, is  
 quoque, omni se hujusvita amoenitate  
 frui putat, iunctis aliis, quae sapien-  
 tes magni aestimant, pro se habitis et  
 abjectis. Sed falso. Sed quod in proprio  
 differere nunc constitui. Quare parere ve-  
 stro, auditores, assensurus sum;  
 Vita hujus suavitatem non in vo-  
 luptatibus, sed animi exercitati-  
 one positam esse. Ita vero in hoc versa-  
 bor, ut  
In prima parte: Quid mali voluptates  
 homini afferant.  
In secunda. Quid ex continua animi exercita-  
 tione proficiatur, demonstravi.

atque primum illud ponere, voluptates corporis  
 non esse aut veras, aut homine dignas delecta-  
 tiones. Est illud quidem proclatam ac laudan-  
 dum apud nonnullos homines; ut victum, iul-  
 tumque corporis ad valetudinem tuendam,  
 et vires sustentandas vel maxime, neque-  
 ro ad voluptatem referant. Illud vero apud  
 alios est turpe atque vituperandum, quod  
 his ipsis rebus, quibus salutariter uti  
 debebant, cum summo ipsorum detrimen-  
 to abutantur, nec ulla mensura habita  
 dies noctesque immerfationibus transigunt,  
 sicque indulgendo sibi persuadent  
 maxima demum huius vitæ delectatio-  
 ne se frui posse. Quæ opinio quid erro-  
 ris perversitatisque habeat, vel ex hoc quippe  
 potest intelligere, quod illud vitium in-  
 temperantiæ, multis aliis apertissimam  
 præbet occasionem. Quippe qui conti-  
 nuo corpus non dicam, alibi ita, sed  
 abruat, simul omnem ingenii vim  
 facultatemque depressit, et submergit,  
 quid? quod ad extremum præne exstin-  
 gitur.



quid rebusq; proclavis agendis plane in ido-  
neum efficit. Contra quicquid mali illis  
latebat emergit. Libidines alia sequun-  
tur, et in earum abyssum immergitur  
homo. Neq; tum amplius novit, quan-  
tum natura hominis reliquis animan-  
tibus antecedit; nilq; nisi voluptatum  
illicbras suo sensu complectitur, omni  
impetu ad eas procurrens, ibiq; su-  
premum hominis bonum respiciens. Ni-  
hil agitat mente, nihil ratione asse-  
quitur. Hoc quidem comperitum ha-  
bemus, hominem tanta voluptate  
temporis incitatum, quanta percipi  
potest maxima, hilari animo esse  
videri. Sed hanc unius hora hilari-  
tatem longi temporis tedium prensat  
libido; nihil enim est tam dete-  
stabile, nihil tam pestiferum,  
quam voluptas; nam si longuin-  
quius tempus iisdem perditur, plane

omne animi lumen exstinguitur. Quid tunc  
juvant hominem octoginta anni per iner-  
tiam exacte, sibi ipsi aliisque mortalibus  
est experi, corpus ejus insolentia et lascu-  
ria corruptum horrorem excitat, in nul-  
lo loco quietem reperit. Tunc apparet  
fructus insane letitiae et quantum  
ex animo optaverit, tranquilla et con-  
tenta frui nunc senectute; tamen nil  
invenit, quod desideris suis atque precii-  
bus occurrat. Animus, eoque corpus  
debilis et languens senectuti suc-  
cumbere iugitur. Quibus recte cogni-  
tis unusquisque fateatur necesse est, ex  
voluptate vanas tantum amoenita-  
tes gigni, breves et quarum mox proe-  
nitentia subeat. Quod si ergo veram ob-  
tinere cupimus voluptatem, etate flo-  
rentem quemque litteras atque scientias  
sectari oportet, unde singulis vite par-  
tibus praesidia firmissima parantur.

Natur:

Naturale est, ut omnem cogitationem et  
 curam in felicitate consequenda defigat  
 homo, nec quidquam ardentius optet, quam  
 ut prosperus rerum secundarum cursu  
 uti sibi contingat. Equis verò magis  
 felicitate utitur, quis verius affirma-  
 re potest, felicitatem se attigisse, quam  
 virtutis cultor, et qui ingenium accu-  
 rata utilissimarum rerum cognitione,  
 imbuat indeque delicias, quibus natura  
 sui studiosus remuneratur, capiat. Nemo  
 igitur libidinibus se involvat, otio  
 trahat, ob bonorum affluentiam aliis  
 insultet, sed è contrariis quam diligen-  
 tissime animum litteris excolat, la-  
 bore, et abundante patrimonio stu-  
 diis impendat sumtus. Hoc enim ma-  
 gisque animum nostrum erigimus, emen-  
 damus et ut altiora appetat, efficiamus.  
 Quod si neglexerimus cupiditatibus no-

217.  
nostris immensis atq; inanibus sicut bellica  
subjecti essemus, ut inde mala perfina  
atq; detestanda fluant, Sin ingenium  
variis exercitiis excolimus, plurima  
illinc bona manant. Quippe in ipsa ex-  
ercitatione anni cura, anni sollicitudi-  
ne destituimur, et in id modo omnes me-  
vos intendimus, ut rem propositam ar-  
sequamur. Exercitatione indolem viresq;  
nostras admodum exiguas augemus, ut plu-  
ra semper et majora perficere possimus.  
Exercitatio cupiditatem instigat nova mo-  
tendi. Exercitatio deniq; impedit, quo mi-  
nus pigritia, qua dedecus est vita hu-  
mana succumbamus. Quae potest igitur  
delectatio praestantior esse illa, quam  
divinarum atq; humanarum rerum cogni-  
tione nobis paramus? Cognito enim Deo,  
cogitansq; ejus perfectionibus maximum  
gaudium capimus ex ipsius benivolentia

tia erga quas cunctas res creatas; Sapientia  
 ejus nos inertes atque pigros impellit, ut  
 omnia, quae faciuntur, secundum Summi  
 Numinis exemplar, quoad ejus fieri potest,  
 institutamur. Et munitate omnino  
 afficiamur, si intellectum ac mentem  
 nostram, quae Deus nihil praestantius  
 homini dedit, variis exercitationibus  
 ac litteris agitamus. Sic enim imbecil-  
 litati animi nostri resistimus et pro-  
 tius excitamus eum, ut progrediatur  
 in virtute, quae nobis conciliat ami-  
 citias, mentem hilarem conservat, of-  
 ficiis omnibus praestare docet et  
 intra suarum rerum fines se continet.  
 Haec enim sunt omnibus praestantiora,  
 omniumque mortalium ex aequo de-  
 siderium. Perspecto hoc, felicitatem  
 hujus vitae experientiarum tractatio-

ne patius quam voluptatibus nati, illud  
dignissimum Septimii Severi symbolum,  
tum nobis ipsis tum aliis quoque ante oculos  
propositum esse debet, laboremus.

Nam homo certe eo consilio creatus est,  
non ut vitam otiosam traducat, sed  
ut negotiis suis operam det, et praescripta  
officia exequatur. Cudeat mortales  
tempus tam nobile et quo nil nobilius  
omnino est, inutilissimis rebus perdere,  
sicut Sardanapalus, illud monstrum  
quod majores viderunt, flagitiosissi-  
mum, qui temporibus suis vitam age-  
bat turpissimam, qui profecto, nisi  
languari et inertia se dedisset, nun-  
quam in vitia delapsus esset, et tot  
sceleribus vitam contaminatam egis-  
set. Unusquisque igitur sequatur opti-  
morum hominum exempla colat  
animam doctrina, ut sibi famam

faciat

scientiis colligere possit. Atq; hoc quilibet  
 certum et confirmatum habet, nunquam  
 futurum esse, ut ipsum poeniteat,  
 aetatem suam in studiis consumpsisse;  
 ac si diu vivere negatum ei fuerit,  
 relinquat certe aliquid, quo se vi-  
 xisse testetur. Quapropter eos lauda-  
 re debemus, et in numerum felicium  
 reponere, qui tempus quantumcumque  
 contigerit, in artium ingeniositatibus  
 bene collocaverint.




Descriptio reipublicae.

Johannes Theophrastus  
Leusler.

J. 18<sup>to</sup> Jul. a. 1774.

30 April. 1774.

247. or. I





218.

Leipzig

Leipzig

Leipzig

Leipzig

the con  
public  
usque  
ca di  
vire  
quod  
lopi  
et con  
conju  
firm  
quod  
nim

219  
Director Excellentissime  
Socii honoratissimi

Ad conservandam confirmandamq[ue] rem  
publicam animorum quandam inter civibus  
conjunctionem ita esse necessariam, ut sine  
ea divelli debeat atq[ue] desumpti societatis  
vinculum, neq[ue] quonquam, qui non singulari  
quodam patriae habebatur amore nomen  
boni civis mereri, dubio est adeo procul,  
ut communis civium erga patriam amor  
conjunctaq[ue] pietas firmum fore atq[ue]  
firmissimum civitatis fulcrum et anima  
quasi rei publicae esse videatur. Si enim  
animorum quaedam inter amicos concordia

omnium amicitiarum atq; societatum  
 vincula connecti arctius continerique  
 certum est, dubitari profecto non potest,  
 quin, quantum ad conglutinandas amici-  
 tias valet animorum consensus, tantum  
 etiam afferat civium erga rem publicam  
 pietas ad conservandam civitatem prom-  
 vendamq; uniuscujusq; quo consistit rei-  
 publicae corpus, membri felicitatem,  
 Quae cum ita sint, cum tantam ad augen-  
 dam rei publicae salutem civium amor-  
 vim habeat, nihil sane aequius, nihil  
 justius, nihil amabilius inveniri, nil  
 ad quod perficiendum majore gaudio de-  
 beat quoq; accedere, potest excogitari,  
 quam officium illud, quo patriam, quo  
 civitatem, quae nos in lucem editos  
 aluit et in gremio suo altos fovet,  
 amare obligamur atque complecti.

at vero jam alios eorum largissimos talis  
 amoris fructus procreant, quanta esse  
 vis, quam non in senum tantum mentibus,  
 quos corpore quidem infirmos ac confitos et  
 prudentia fortes in patriae auxilium  
 sollicitat, non virili solum aetate, quae,  
 ut corporis viribus, ita mentis robore  
 patriae consulit, sed in teneris etiam ju-  
 venum animis exprit, quos quidem suis  
 quasi calcariibus incitatos, ad optima quae  
 vis audenda stimulat, ac propositis rudimen-  
 tis, tales denique reddit, qui ad patriae civium  
 felicitatem afferri aliquid possunt.

Juvenem enim semper sequere, ut ni-  
 hil unquam, quod sanctissimis religionis  
 virtutibusque repugnet officiis, perpetret,  
 ita ab omnibus, quibus imprimis laborare

solet juvenilis aetas, abhorreere vitiis,  
 et omnes, quae ad alia avocare animum atq; inspicere  
 possent, occasiones summo studio vitet,  
 quid insolitum magis atq; inauditum?  
 Ita autem se gerunt, quantum quidem tru-  
 stis mana patitur imbecillitas, ita abhor-  
 rent, qui se dulci illius officii jugo subji-  
 unt. Quid tam est praeter consuetudinem,  
 quam adolescentulum tanto rerum divina-  
 rum humanarumq; flagrante studio, ut  
 ei se totum tradat? nihil omittere,  
 quod ad penitioem earum perducere cogni-  
 tionem possit, indagandis illis et per-  
 seutendis sumam dare operam, iustq; praesi-  
 diis animum ad maiora nitentem praemuni-  
 flagrant illi, nihil omittunt, dant operam  
 praemuniant. Quos enim magis imbecilli-  
 tatem suam sentiunt atq; infirmitatem

eo magis studium pro patria incenditur  
 eoq; majorem adhibent operam, ut tandem  
 aliquando in numerum bonorum civium  
 referri mereantur. Hoc enim naturali  
 quodam instinctu, sive splendore illustri,  
 morum antiquitatis exemplorum, sive  
 institutionis ope patriae amor adeo  
 in mentibus eorum exarsit, nunquam  
 sane negatius excedent terminis, in  
 quos ipse naturae potestas coarctata,  
 sit, neque exemplum vestigia aut disci-  
 plinae normam sequi cessabunt.  
 Santa est, cui honoratissimi, tan-  
 ta est ois illius virtutis, quae, si rei,  
 publicae spectes utilitatem, inter o-  
 mnes primum locum obtinere mihi  
 suo quasi jure videtur. Ego quidem animo

mihi fingens civitatem, cujus omnes  
 civis patriae amor inflammas tenet, vi-  
 deor mihi cernere florentissimum illius  
 rei publicae statum, in quo non ipsi tantum  
 rei publicae moderatores splendidissima  
 pietatis erga patriam exempla exhibe-  
 reant, verum juvenus etiam ad exem-  
 plar majorum conformata summis  
 viribus ad ea contendat quibus publica  
 salus contra omnes malorum insultus  
 stabilietur. Videor intueri rem-  
 publicam, in qua qui regunt regunturque  
 communi patriae amore frabentur,  
 Lais fammente tam dura, tam ab omni  
 sensu nuda et aliena probe esse, ut  
 patriae amorem abnegare oclit, quem illa  
 summo quidem jure ab unoquoque esse postulat.

Cujus quidem de quo adhuc dixi amoris,  
 dum ego haud dubias feci illas in me  
 sentiam, equidem mihi hodie  
 magnam negotium, ad propositis parti-  
 clarissimis amplissimorum, quibus civi-  
 tas quaedam superbit vicorum caeteris,  
 partim splendorem reipublicae demon-  
 strato, optimum quemq; ad certamen  
 quoddam in praestando illo officio pro-  
 vocem.

sum multa in historicorum libris legun-  
 tur, quae singularem morentur admi-  
 rationem, tum ea profecto primam  
 locum obtinet, potentissimorum regio-  
 rum, quae unquam vidit terrarum  
 orbis, ruina, rerumq; publicarum floren-  
 tissimarum amplissimarumq; repentina



conuersis. Vix credi, vix intelligi po-  
 test, quomodo tantae imperiorum tantae  
 rerum publicarum accidere possint conuer-  
 siones, ut a summo potentiae ac felicitatis  
 fastigio ad infimum contumtionis et mise-  
 ricordiae gradum descenduntur. Admiramur in-  
 ritum Carthaginiensium, propuli illius, omnium  
 longe celeberrimi, cui tanta quidem erat  
 armorum virtus atq; potentas, ut cum poten-  
 tissima romanorum gente de summo solius  
 terrae imperio certaret. Majore vero admi-  
 ratione obstupescimus, legentes in histo-  
 riarum monumentis, illam ipsam cele-  
 berrimam potentissimamq; urbium reginam,  
 orbis terrarum diuicium, Romam, ex  
 tanto rerum fastigio praecipiti lapsu  
 dejectam esse, et a barbaris genibus

consultam. Incredibilis memoratu  
 huius rei publicae potentia, quae per  
 tot secula floruerat, arma inoicta,  
 fortissimorum hostibus formidolosa, vir-  
 tutes ac sollicitudo civium, quos tot  
 res bene prudentibus, quae ipsae novimus,  
 ea sane omnia incredulum tantae  
 rei publicae dubium redderent, nisi veri-  
 tates ejus certissimis scriptorum, quibus  
 fides abnegari nequit, testimonio videretur,  
 ac nisi esset exploratissimum,  
 ea corruptis romanorum moribus,  
 ea vitis, in qua seipsum a via virtutis  
 illi deflexerant, ea salutis publicae  
 neglectu, tanquam ex impurissimo  
 fonte, tantas miseras, atque calamita-  
 tes promanae. Haec quae bellorum

rerum usu et animi magnitudine semper  
 invictos sese omnibus terrarum populis  
 antea praestiterant, qui nunquam, nisi  
 Jethi Marte conflixerant, nunquam e  
 proclis, nisi victores discesserant, tandem  
 turpissima caede perniciosis viciorum  
 armis succubere. Illud quidem inficias  
 ire nemo potest, eam esse humanarum rerum  
 naturam, ut quaecumq; oriuntur, etiam  
 si saeculis innumerabilibus steterint,  
 tandem aliquando aboriuntur necesse  
 sit, et summa adeo quaeq; regna ab impo-  
 ,ria sive sua gravitate ac pondere, sive  
 hostium impetu, sive civilibus armis,  
 sive popularibus moribus quondam subverti,  
 sive vetustate caduca frangi, suae senectu-  
 ,te tabescere, Verum tamen a veritate proci-  
 me desessorum me arbitros, affirmare

conantem

229.

Omnes causas, ut saepius splendidissima  
regna, amplissimaeque respublicae pristinum  
suum splendorem, pristinam auctoritatem  
amiserint, ab ea repetendas esse, quae  
perniciosissima rerum omnium pestis  
esse videtur, morum corruptione, facilius  
et populum quamquam infirmum, vel  
formidolosum hostem, irretitum tamen  
vitiis illecebris, virtute duce superadu-  
rum, difficiliorem autem victoriam populi,  
vitiis tabe infecti, contra moderatum  
hostem et a vitiis corruptis integrum  
fore. Hinc factum esse puto, ut inveni-  
entur inspicuae quaedam, quibus integritas  
morum seruetur, quibusque tanquam remediis,  
non tolli quidem peritus impediri, differri  
tamquam ac prorogari possent, tam minus impe-

siorum rerumq; publicarum interitus,  
 Quemadmodum enim mors ea tolera,  
 betior judicatur, quae post disturbam  
 ac placidam senectutem sensim irrepit,  
 ita quoq; rei publicae conversionem vel  
 occasum judicamus naturae magis con-  
 gruentem, quem post infinita saecula  
 paulatim fieri animadvertimus.  
 Invenimus quidem, qui eamdem crede-  
 rent beatam rem publicam, in qua  
 nulla legis vi cives coercerentur; sed  
 ea est hominum natura, ea mens, ut  
 paulatim a recto virtutis tramite  
 seu cursu deflectat ac praecipiti lapsu pessime  
 cadat, nisi alterius suffulcatur, quemad-  
 modumq; gravi humoris vel ab aliamento,  
 rum impuritate, vel copia collecti san-  
 dem morbos contrahunt, et corpori esdi,

um afferunt; ita quoque in feminum aetate  
 inis vitia saepe, vel ab educatione sumpti  
 vel etiam ab ea, quae inest in feminum  
 ingenio, pravitate collecta, foras erum,  
 et prout, ut necesse sit, nova supplicia rovis  
 peccatis et acerbiores poenas gravioribus  
 flagitiis irrogari. Cum igitur tanquam  
 pro se ferant vitia perniciosam, ut jam populi,  
 invidi antea virtutis auxilio, tandem  
 vitis implicati, ab omni divina ope  
 insolatione destituti in infimam misere-  
 riam delapsi sunt; leges vero utilitate,  
 sem tantam, ut non deterrere solum  
 a sceleribus poenarum minis, verum  
 propositis etiam praemiis pessimum quem  
 ad virtutem revocare possent, dubitari  
 profecto non potest, quin illud imprimis

in re publica constituta bene et ordi-  
 nata sit requirendum, ut legibus sufful-  
 ciatur, morum integritatem, civium fer-  
 ritatem, solius denique rei publicae conser-  
 vationem spectantibus et amplificationem.  
 Hoc etiam rem publicam bene institutam  
 dicimus, quae ad verum decus et honestatem  
 dirigetur, etiam si prematur inopia,  
 si ab hostibus obsessa, si ab amicis de-  
 serta, si denique omni genere calamitatum  
 obruta esse videatur. Quis vero civitatem,  
 quae solo fertili sit et ubere locuples, ho-  
 minum multitudine abundans, amicis  
 carissima, hostibus formidolosa, armorum  
 vi potens, propugnaculis bene munita,  
 praecellare institutum putet, si omni que-  
 rit scelerum ac flagitiorum immanitate  
 cumalata? Illud enim in omni civitate so-

, tale primum est omnium saniorum officium,  
 ne unquam aliquid moliantur, quo turbata  
 possit domestica tranquillitas, et ad  
 ea procius contendant, quibus contra  
 omnes discordiarum impetus stabili-  
 tur. Quam longe vero plerumque ab illo offi-  
 cio discederent? Quos multi a libidinum  
 insania raperentur? Nonne pauperes, cupi-  
 siosa divitiarum specie decepti, ab infesto  
 quidem paupertatis iugo sese liberaturi  
 opes aliorum, quas almae providentiae libe-  
 ralitas majores illis largita est, vel  
 necesse ac cedibus sibi vindicare conarentur?  
 Quin imo? Nonne multi, quibus divina  
 virtus majores divitias amplioresque  
 honores concepsit, superbia elati, iniqua  
 cupiditate impulsu liberati patriae  
 civiumque insidiarentur, nisi leges essent,



quae stricto quasi ad vindictam gladio  
 tanta scelera prohiberent? Ego quidem  
 univarsam patriam ob oculos ponens rei publi-  
 cae constitutionem, omnia illa latissimas  
 cumulo conjuncta et congregata animas,  
 verito, quae ad recte beneque institutam  
 rem publicam pertinent. Per nos praestant  
 & legitima instituta, quae consilium persequi,  
 & eorum prudentia legumlatorum tradidit,  
 & eorum excogitavit. Video leges, quibus omnia  
 rei publicae membra tanquam archetypis  
 vinculo inter sese copulantur. Video leges,  
 quibus eo propius ad summam felicitatem  
 accedit civitas, quanto magis industria  
 ab unoquoque vive observatur. Haec sunt  
 cives, qui cum officiis illis, quae patria  
 debent spontaneam obedientiam, spontaneam  
 & amicitiam conjungunt. Haec sunt cives

qui non legum severitate, non poenarum  
 minis, quibus improbi ab injuriosa, sauro,  
 rosq; vita avocentur, perterriti, sed  
 ipso quasi numinis cujusdam afflatu,  
 cog, quo animus cujusq; inflamatus est,  
 patriae amore admoniti, omnes curas, omnes  
 labores, omnes spes suas salutis et ampli-  
 catione patriae impendant. Hic a reli-  
 gionis studio, impietas, hic ab integritate,  
 perfidia, hic ab animorum firma conjuncti-  
 one, odium atq; infidia, hic a temperantia  
 et moderatione, libido, hic a liberalitate,  
 avaritia, hic a fragalitate et parsimonia,  
 prodigalitas, hic a modestia et animorum  
 justa demissione, Superbia, hic mollesces, a  
 constantia, hic altivum appetitus, a for-  
 titudine, hic discordia deniq; hic dissidium

a firmissimo ac fortissimorum societatum re-  
rumque publicarum vinculo, a concordia  
dirigitur, refrenatur, vincitur.

Sed ut omnes rei publicae cives et copari-  
tius in recto virtutis tramite duantur,  
ut luxus libido, licentia, luxuria et fastus  
cum aliisque turpi vitiorum comitata pro-  
ut ab ea proferantur, ut patria quasi  
omnium virtutum esse propositum, illud in-  
primis multum proderit, si illi, qui  
praesunt rei publicae non legibus tantum  
sed vitae potius bene institutae exemplo  
illis, tanquam faciem quaedam, late splen-  
dente praecesserint. Est enim subjectis  
omnibus haec quasi lex ab ipsa natura  
insita, ut omnia majorum dicta, facta,  
gestus, mores accuratissime imitentur,  
atque in id unum intentos habeant oculos,

ut eorum singula vitia, virtutes omnium  
 denique corporis et animi habitum ipsius animis  
 mentibusque expressum habeant, ut recte  
 me Plinium veram principis consiliam  
 appella verit eamque perpetuam, ad quam  
 dirigimus et ad quam convertemur.  
 Haec est illa ab antiquissima aetate posse,  
 vitati tradita disciplina, quae si sit  
 fuerit civilis princeps, talem etiam  
 populum futurum. Quae cum ita se habe-  
 ant, cum tantum valeant principum ex-  
 epla ad conformandos et in utramque partem  
 mutandos suorum mores, sumo pericavon-  
 dum est, ne viri, nisi optime ex disciplina  
 ubertius etiam a natura informati populo  
 spectandi exhibeantur. Est enim naturae  
 maxime consentaneum, ut quantumvis

potentia, quantum maiestate alius major  
 est, tantum etiam fortitudine, confan-  
 sia, sanctitate, iustitia, integritate ali-  
 arumque virtutum gloria alios antecellere  
 debeat. Quod si igitur illi, qui generis nobi-  
 litate, qui divitiarum magnitudine alios  
 excellunt, alios etiam aliqua virtutum  
 praesentia superare debeant, quanto tan-  
 dem maioribus illos, qui munerum aucto-  
 ritate atque magnificentia super alios emi-  
 nent, virtutibus elucere oportebit? Quam  
 egregio naturae dotibus, quo de auctoritatis  
 fecundissimo genio illi ornati sint necesse  
 est, qui muneribus funguntur, quae publi-  
 cam civitatis ac populi salutem sibi tra-  
 hent propositam? Recte enim gerere rem  
 publicam, labefactatum rei publicae fan-  
 damentum fulcire atque stabilire, flo-

retem statum conformare, sustinere deus  
 et dignitatem civitatis, ordinare perite  
 atq; disponere causas et dispositas capti,  
 "care se licet, tueri se bareq; auctoritatem,  
 colligere hominum studia, penetrare  
 sensus, animorum habenas tenere, et  
 hinc amore, hinc reverentia eodem im,  
 , plere ut proficitis, qua vi ingenii, qua  
 judicii gravitate, qua consilii copia,  
 quo scientiae apparatus, quibus prudentiae  
 opibus, quibus facundiae viribus, qua so-  
 lertia deniq; qua curarum vigilantia,  
 qua ad omnia naturali dexteritate opus  
 est? sunt hae virtutes ita semper cum  
 splendore istorum munerum conjungendae,  
 ut nulla quidem ratione, nulla occasi-  
 "one, nullo tempore profus ab illis superari

posse, sed sempiternae potestatis eorum  
 comites esse debere videantur. Nihil  
 enim est turpius, nihil indignius,  
 nihil fieri potest, quod naturae majis  
 repugnet, aut ab omni humanitate  
 sit alienum magis, quam si dignitas,  
 si splendor, si gloria munerum augu-  
 stissimorum tenebrosa quadam vitio,  
 et caligine obducitur. Sum vero  
 multa sunt, eaq; tanti momenti, quae  
 bonis reipublicae administratoribus  
 pro universo reipublicae corpore sunt ob-  
 servanda, tum ea profecto haud negli-  
 genter est cura, quae incrementis et  
 amplificationi litterarum et eruditionae  
 juventuti est impendenda. Si enim rationa-  
 ri sapienter recteq; velimus, una profecto

241.  
est doctrina, quae inter omnia felici,  
Latis humanae praefidia locum obtinere  
principem debeat et longe caeteris  
anteferi. Quae enim Athenis, celeberrima  
rimae istae inter omnes Graeciae civitates,  
des, reipublicae, quae antiquae Romae,  
tum civitati fama major, quae gloria  
praestantior contingere potuit, quam  
quod illa quidem omnem sapientiam  
omnem doctrinam procreavit, haec vero  
aemula Graeciae, non bellidis tantum  
artibus, sed sapientiae quoque studere,  
et armorum simul atque litterarum  
gloriam ad se transferre coepit. Quam  
quod utraq; copiosissima virorum  
eruditissimorum multitudine abunda,  
vit? Jucundissimus vero cum in multis,



lumen eo quoque maxime cernitur  
 litterarum fructus, quod omnium tem-  
 poris interstitiorum celsa mole,  
 stica, quae memoria sunt digna, se-  
 abolere non patiuntur. Nam et artes  
 perierant, evanuerant iura fides et  
 totius religionis officia quaeque corruer-  
 rant, nisi remedium infirmitatis  
 humanae litterarum usum mortalibus  
 divina misericordia procurasset. Quis  
 enim Alexandros sciret, aut Caesares,  
 quis Stoicos aut Peripateticos mira-  
 retur, nisi eos insignirent monumen-  
 ta scriptorum? Res memorata digni spi-  
 ritus, res illae, ab antiquis maioribus  
 praeclearissimae gestae, heroicae illae  
 virtutes, quibus illi claruerant, ea sane

omnia sunt sub umbrosis ignorantiae  
 tenebris lateant, Quis vero utilitatem  
 quandam ex largissimis istis litterarum  
 fontibus haurire, quis reliquas ingenii  
 veterum scriptorum admirari satis,  
 quis vim divinae illius eloquentiae,  
 qua Cicero nesimortalem gloriam adepti  
 sunt, percipere, quis elegantiam grae,  
 stantiamq, quam celeberrima ista prima,  
 Graecorum Romanorumq, dum  
 litterae, dum eruditio, dum artes scien,  
 tiaeq, florebant, semper sibi antea  
 sunt vindicata, sentire, Quinimo?  
 quis reconditos verae sapientiae the,  
 sauros recludere, quis Leippum, quis vir,  
 kutam, quis officia sua plus cognoscere

poterit, nisi singulari quodam flu-  
 dio ad rectam litterarum cognitionem  
 incubuerit? Quem admodum enim cum  
 terra neq; radiante solis lumine,  
 neq; lunae splendore collustratur,  
 omnia obscura sunt et indisereta,  
 ita quoq; in animo nulla eruditione  
 nullisq; litteris imbutis, confusa et in-  
 ordinata jacent universa. Imo etiam  
 ab omni corporis formositate et ab omni  
 animi praestantia, qua auctor et opifex  
 rerum nos ornavit, despoliuntur si homo,  
 nisi quidem aliqua disciplina fuerit  
 instructus. Etenim habent homines  
 animam quidem et rationem, quae recta  
 a pravis; honesta a turpibus de carnore  
 possunt ac separare; nisi tamen eam de-

et inis atq; proaclaris artibus exco,  
 luerint, vel ipsis bestis sapienteris,  
 res evadant. Quae cum ita sint, cum  
 abdicandis vitiis ad optandis virtutibus  
 nihil impensius prodesse, nihil ad perfici-  
 endas ingenii vires magis conducere  
 possit, quam recta quaedam litterarum  
 cognitio, quid ad gloriam rei publicae  
 magis accedere, quid civitati felicius  
 contingere potest, quam si ejus admi-  
 nistratores in promovendis artibus  
 et scientiis inq; educanda erudiendaq;  
 juventute curam adhibeant hanc  
 contemnendam.

246

*[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a list or account.]*

21

*[Faint handwritten text on the right edge of the page, including the name "Georg".]*

In omnibus rebus adhiberi  
ordinem necesse esse  
demonstravit.

Georgius Ernestus Kaufmann.

4 Jun. 1774. - 8. 223. I or

218.

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page]*

*[Handwritten text on the right edge of the page, partially cut off]*

Nil est in universo terrarum orbe, nulla res,  
 nulla virtus in caelo ipso eminent, cuius aucto-  
 rem Deum agnoscere non debeamus. Eo qui spi-  
 ritus, qui altissimum illum coelestis regionis  
 verticem intollet, quem non Deus infinita  
 sua ex nihilo condiderit? Omnes omnium re-  
 rum protectiones uni divinae potentiae sunt  
 referendae. Quum autem bonorum omnium  
 fons sit perennis et inexhaustus, eius sub-  
 mortalium cum animo immortalis surrexit  
 curata ab eo sapientissime sunt constituta,  
 et in omnibus, quae spirant, eadem series,  
 idemque ordo invenitur, eundem ab ipso  
 exquisitissime fuisse servatum, confitea-  
 dum nobis erit, quo homo creatorem suum  
 imitari, rationem omnibus in rebus adhibere  
 possit. Ordinem igitur egregium divinumque  
 illud opus causam societatis humanae atque  
 principium merito esse habendum, quis est  
 qui neget. Et eo fluunt quasi ex vena pura



sua omnes felicitates, omnisque dignitatis  
 scaturigo, e contrariis vero ex confusione om-  
 ne quod excogitari potest, oritur incom-  
 mum, omnis miseria summo delectore con-  
 iuncta. Ordine nil pulchrius esse, nil utili-  
 us, Xenophon ille praestans Philopoteles  
 et belli Dux egregius haud abs re confir-  
 mat, Est autem intelligentiae via, memori-  
 ae magister. Consideremus, quaeso! Totam  
 mortalium societatem, in ordinem adductam  
 pulcherrimeque digestam, fructus in un-  
 ditatis, laetitiae atque concordiae, uo-  
 lone, animo omnium coniunctissimo eis sup-  
 petent, Convenientia, stabilitas, constantia,  
 partium orbis terrarum magno opere miranda  
 mentem nostram laetitia afficiet insoli-  
 ta. Haec firmum est et pene totum regio-  
 rum ac rerum publicarum fulcrum, ut

per eum stent, sine eo concedant. Quot civitates, quot republicae, quot denique regna ad summum usque gloriae fastigium ascenderunt, quum res suas secundum ordinem sapienter administrarent. Innumerabilia exstant exempla, multos quorum imperium ne mediocre quidem fuerat, nisi summam potestatem tenebant, per vato temporis ordine, illud victoriis fundasse, multa regna adiunxisse, finesque imperii latissime protulisse. Sed ut ad propositum meum revertar. Orbenferus in oratione mea,

In omnibus rebus adhiberi ordinem necesse esse.

1<sup>ma</sup> Orationis meae parte, liberrimos familiaritatem inde percipere fructus, docebo.

11<sup>da</sup> autem parte, et vitia, quae homini in hocce vilae cursu maxime adhaerent, per censebo, et si ordinis imperio se subiecerit, e communi omnium scelerum exitio esse evasurum, demonstrabo.

1<sup>da</sup> prima. Quod si, auditores auctoritate conspicui! perpetuam concordiam, amorem dulcem,

tranquillitatem atque compositionem optatissi-  
 mam in familia ob oculos nobis ponimus, uxo-  
 rem atque maritum, liberos ac parentes, amicos  
 atque consanguineos omnes in charitate erga  
 se acquiescere, constantissima mente hanc for-  
 tunam suam ferre, cogitationes ac consilia  
 in orem communicare, omniumque prudentem  
 et moderatam esse vitae rationem videbi-  
 mus. Coniuges non amplius amoris sincerissimi  
 interpellatores, aut socii concuati  
 ipsis odiosi videntur, coniux foeminam pro  
 optime vitae individua, pro divinarum res-  
<sup>humanarumque</sup> ~~um~~ omnium habet sociam. Grata sedulita-  
 te fidem erga se et amorem ostendunt. Liberi  
 parentes suos non tyrannos in se saevientes,  
 non hostes laetitiae suae invidentes, opprimere,  
 quas iure possident, retentores contemplan-  
 tur, hoc primum censent officium, ut sese

semper iudicio parentum submittant, ut nec suo  
 consilio, temere et arroganter, gerant, ut obedienti  
 am tanquam pulcherrimam novum reginam, sine qua  
 nil egregium praestare possit, amplectentur, ut paren-  
 tes sibi colendos et amandos putent, totamque vitam  
 ad eorum voluntatem constituant. Esimia enim  
 est virtus, et praecipuum in adolescente bonum  
 obedientia: cuius vis atque utilitas tam longe la-  
 teque diffunditur, ut nullum non modo vitae gra-  
 vius genus, sed ne minimae quidem actiones eius  
 officio vacare debeant. Parentes autem, per  
 quoslibet suavisimam hanc lucem apperere,  
 non onera gravia, vitam ipsis acerbiorum red-  
 dentia, quae maxima cum indignatione atque  
 spe amara mortem parentum expectant, eos  
 ceptat, honestissimis nimirum paterfamilias  
 institutis et moribus totam domum instructam  
 esse curat, sanctitate domi vivit, summa cum  
 diligentia rem familiarem administrat. Fra-  
 ter atque soror non inimicos naturaliter infitos

qui modo iniusto suas sibi subducere nituntur o-  
 spes, sese ducunt, inter eos tale est concordia,  
 tam coniuncta voluntas, ut alter pro alteri nor-  
 tem perpetueretur. Amos, quem amicus prae se  
 fert in suum amicum, integer est atque fir-  
 cerus, omni simulationis integumento evolutus.

Quid non potest amor in amicum? Quid non  
 audeat? lactus haurit venena, et ferrum, ut  
 amicum tueatur, lactus profundit vitia,  
 vitia ut vivat amicus longiore, opibus e-  
 tiam exui gaudebit, dignitatibus spoliari,  
 ut amico bene sit; citius fortunas, ergo ita  
 tesque suis cum praeferat, lactatur fraudati-  
 suis, si per haec amico consulat, Quia a-  
 deo nil sibi gloriose arbitratur, quem pro  
 amici incolumitate sanguinem fundere stip-  
 pino egregie sentit, dicens: Quae sunt elementa omni-  
 a e vortice hac mundi machina, redeant in suum Cha-  
 os, fide lamen et amore amici constabunt sui cerrimo.

Quae quum satis dilucide fial exposita, progrediar ad  
II<sup>am</sup> Orationis meae partem, in qua et vitia, quae homini  
 in voce vitae cursum maxime adhaerent, pertrahabo, et  
 si ordinis imperio se subiecerit, e communi omnium  
 fulerum exitu esse evasurum demonstrabo.

Pars II<sup>a</sup>. Prima labor, quae innumerabiles hominum  
 animi labuntur, ambitio est; aura illa populari, quam  
 studiosissime captant, cum aspiraret, ultra for-  
 tasse, quam vellet, provecchi, eo saepe sunt delati, ubi  
 amissis rationis ac iudicii gubernaculis, facilius erro-  
 rum fluctibus atque procelis sic iactarentur,  
 nullum ut capere possint veritatis honestatisve  
 portum. Quos honores, mortalis! putas esse?  
 Quam affluentiam in divitiis? Quam in ma-  
 gistratu purpurae speciem? malorum blasden-  
 tium virus occultum est, et aridentis ne-  
 quitiae facies, quid em laeta, sed calamitatis  
 abstrusae illecebrosa fallacia; sapore medicato  
 poculum videtur esse, quod sumitur, ubi vero  
 epotaveris, perniciem hauris grasatus. Quippe  
 aspice illum, qui amictu elationi conspicuus  
 fulgere sibi videtur in purpura. Quos

arrogantium fastus prius pertulit. Quas  
 superbas fores malubianus salubator obsedit?  
 Florum denique fide exitus turpes, cum an  
 ceptis temporum palpator abcessit, cum privati  
 latus nudum desertor affecta foedavit, tunc  
 laceratae domus plagae consuetudinem ferunt,  
 tunc rei familiaris exhaustae clamor nocturnus  
 fur, quibus redemptus vulgi fauor, et caducis  
 atque innoxibus votis popularis aura est quaesita.  
 Illa pernicis, exhaeret sese sancti mortales  
 huc quaedam sunt commadulati, avaritia est  
 vel nefaria lucri cupido, pessima in saepes  
 iniustitiae, damnique magistra. Rabie quaedam  
 desperata, furore effraenato, atque morbo in  
 fatiabili omnium animos tenet. Hic amor saevissimus  
 omnia funditus amorem aeternitatem et oppres-  
 sum eicere mente nostra, nullum enim officium  
 tam sanctum atque solemne puto, quod non avari-

tia comminere, atque violare soleat. Divitias  
 respicit avarus, et quae habitant in terris metalla,  
 inchoata effudit aviditate, auro incubat, spem  
 in lucro ponit, immo, et quod possidet, metuit a-  
 mittere, et quod nondum consequutus, semper ne  
 non consequatur timet, hunc cupiditatis sitis nun-  
 quam implere potest, plura conquirat, maiora  
 continuis appetit, plurima congerere studet. Per-  
 niciosissimam, quam denique omnibus mortali-  
 bus pestem machinatur atque importat, est  
 libido, voluptatum consecratrix, pessima dux,  
 luxu malorumque omnium genitrici otis in-  
 dulget, libidinis impietate effoeminatissi-  
 me effervescent, laxatis a ratione habenis,  
 calcariibus admotis, intima cupiditate in-  
 citati, praecipites in voraginem flagitio-  
 rum, gurgitemque vitiorum rapiuntur, pro  
 pudore libido eos occaecaverat, pro modestia  
 impudentia superaverat, pro virtutis gloriaeque  
 amore, hos infamia et infamis foeda luxuria  
 spurcitas extinxerat. Quae vero permutatio!



Quae conversio! ordinis rectam viam ipsis monitan-  
 tis nuda ab omnibus huius vitii se amoventes,  
 pestes haec rejiciunt atque repellunt. Volup-  
 tas affectionum naturaliter insitarum fi-  
 nis sibi constituit, dulciores vero, vividiores, in-  
 curdioresque istis incitationibus, quae tan-  
 quam fons omnium malorum pestifer, in vi-  
 tam humanam, immo in posterorum fata  
 colluvem exitiosam inferunt, eaque funditus  
 evertere conantur. In hac tramite pergenti-  
 bus varia occurrunt impedimenta, subito de-  
 flectunt a via illa nequissima, neque se ser-  
 monibus velgi dant, neque in praemiis spem po-  
 nunt rerum fuerum, suis hoc illecebris ipsa  
 trahit virtus ad verum delat. Turpissima denique,  
 quae universam humanae naturae campum flucti-  
 bus ferocitate exultantibus <sup>inun-</sup> ~~inun-~~ dant, nec ullum  
 eius <sup>†</sup>vestigium reliquerunt, affectus, ordine opti-  
 me servato recedunt, mitigantur et ab impetu resi-

sunt mortalium corda salubri atque amoenae irrorant  
 pluvia, quo semen virtutis in eis germinare, eiusque  
 fructus maturitatem mirabilem dignam afferre  
 possint. Qui igitur status felicissimus. Quae  
 convenientia rerum <sup>omnium</sup> mirifica; nullum bonum,  
 quo quis unquam frui potest, ullo tempore de  
 futurum puto. Virtus nobis, quamquam indignis  
 et gravissima et praeclearissima praebet emol-  
 lumenta, in eandem tamen labimur sequitiam  
 atque humilitatem, ut probillius amoenissimae  
 humanitatisque plenae nos formae tere tutelae  
 recusamus. Quod enim nobis potest praestolan-  
 tius ad dignitatem, ad laudem praedicabili-  
 us, illustrius denique ad solidam veramque glo-  
 riam contingere quam ea praestantissima virtus.  
 Sequamur itaque eam, nec ullo tempore  
 imperio eius metissimos paruisse nos poenitebit.  
 Suscipiamus rectum aliquem cursum virtu-  
 conatur. Quod quum ita se habeat, colli-  
 gendum est, Deas sapientia, & ornamen-  
 tum in Eloquentia positum esse.

Denique vis ~~ipso~~ ipsa multo major  
 erit in animis, si sapientia adiunxerit  
 dicendi quoque virtutem. Nam, tum,  
 quasi in affersum et obsequium sapientia,  
 trahetur animus & quo vult ratio,  
 longe facilius sequetur. Quae vero veram,  
 & uti ipso confirmatam intellexerunt,  
 vel antiquiores sapientia ~~precepta~~  
 Magistri, ut, quo certis finem sibi  
 propositum obtinerent, ludicra etiam

aliquando, utpote sensibus movendis aptiora  
 arduis & difficilioribus misuerint. Ex  
 quo illud tandem efficitur, Sapientia  
 studium non modo non adversari oratoria  
 arti, verum utrumque ita etiam connecti,  
 ut alterum ex altero insigniter augeatur,  
 isq; semum vere Eloquentis habendus sit,  
 qui addit Sapientiam; utq; illius studiosior  
 fuerit, ita dicendo erit validior.









Educationaliorem provisionem  
quam plurimum prodesse  
Saluti Publicae

Demonstravit

C. Wohlsch  
9. 1. febr. 1775.

28 Jan 1775 - 238 J. III or

128.

*[Faint, illegible handwriting]*

Plurimum, Studiosos, Spectatissimi, refert, ut in eo, quem incolimus, terrae  
 globo, pro mortali conditione nostra, apto quidem, sed non certissime  
 pro immortalibus animis eorum, tranquillitate, sufficientia, delictant,  
 atque adjuvantia. plurimum, ego, refert, ut in hoc terrae globo  
 omnibus commodis, si recte aliter illis, non plane, exiguis, uti  
 nar, salutisque animis acque ac corporis consulamus,  
 habeamusque, ut rerum nostrarum curam, quam viridissimas  
 habeamus. sed vero in primis ad aliquid aliquid ad curam nostram  
 ipsam nosse alliciat, quum, quod simul amissum, nequaquam unquam  
 potest recuperari. quumque humanae naturae ab ipso nostrae  
 vitae excolere. N. quasi iudicium sol: aliquid possidere,  
 maximeque sibi, salutis alque prosperitati suae comparare commo-  
 da. Haec commoda autem praecipue ex conjunctione  
 vivis cum nullis, et optime. de acquiri posse videntur.  
 acquiritur commodis consequens est, ut possideamus quaedam  
 ut sit naturae nostrae insigniter satisfactorum. namque  
 enim coeclis, ut non, quo, longum nostris, primum  
 nostrum sit. — velimus igitur modo cum aliis soci-  
 tatem vivere, et sicut inae sanctis pretiosissimi commodis  
 in quibus summa tranquillitas, summa felicitas, et potest,  
 esse in mundo, et omnia, quae oculis mortalium magis  
 et aestimanda videntur profusa sunt. Haec quidem extra  
 dubitationem futurum est, ut conjunctione plurimum vivere,  
 plus valeat, quam vivere, Deus ipse hinc rei prospere  
 videtur, quum natura ipsa ita comparati sumus, ut vellet,  
 sine alterius auxilio non possit subsistere; quum e contrariis  
 nos ita respicit, ut cum aliis quam plurimum valeamus,

et hinc Deum pro commodis nostris laboremus, quos  
 conjunctione laboramus; cognoscamus aut quaedam ex istis  
 numero: in his praeter ceteris numerari posse puto com-  
 mune illud, cuiusque arduum; publica scilicet. nisi  
 vi obviam iter sit, ex affectibus prope terrae  
 regionibus, latrones, servi, fures, et ut praeter dicam  
 fides, quibusque defensorum hominum convulsi, in-  
 fine miseranda vita, aullo acerbiorum contraherent re-  
 pugnata singulatione si potest, conuictis his viribus, ad  
 mala officiosa. Mirum omnino est et conside-  
 ratione dignissimum, ut et ii, qui viribus ad mala  
 abutuntur, ipsi se conungant inter se, nihil ubique  
 in suo genere, insigniter efficere possint; et ob id ipsos  
 mirandum quod, dum plurimum vires ad praetera  
 tendunt ac aspernant, tam homine digna, laudanda,  
 utiliaque ad existantiam perducentur. — Remanet  
 Audite pietatissimi, vobis in animis vestris dubium  
 quia ex pietate quacunque bona in quacunque  
 hominum fuerit conuicta, consideranda omnino. Pro ma-  
 nere ad illud statim animos vestros multum eximili, quae  
 evidenter monstrant, illas pro homine quem spem  
 caritatis esse, liberare potest. Videte, audit.  
 Quam praeterea cuique a natura sit principium ut  
 quum unum fieri non sufficeret, confirmata speret per  
 multos, multorum hominum felicitas. — Difficile  
 valuisse — liquefite in gratiam mortales, et considerate  
 propensibile officia vestra; quum et multorum

conjunctione ad nos manant fere omnia, curam, quae, adhibere  
ne illae officiat. navate polij omnem operam, ut fiat  
ipse quam maxime utile, quod in unis expum, proe alij

Provida Educatione potestij Consequi

Provida enim Educatio plurimum ad salutem  
publicam confert.

Permittite Audire, ut hac hora, hoc sequar meae  
orationis filium, quod funditur in tres partes quidem  
magnitudinis — eisdem momenti. Dignissime enim inquit  
natus

- i, Ut illa educatione, ab est, non minus dignum
- ii, Quomodo debeat esse illa. imbi videtur proprium
- iii, Contemplatio usq, qui pluit in societatem  
si vitia educatione retardat, omniaque  
in illa vite peragatur.

Dolendum — maxime debendum est, Audi. spectatissimi  
ut in educatione liberorum plurimi parentes tam exigentiam  
adhibeant diligentiam, ut salus pro liberis est plane  
omni careere educatione, quam per illam tam indignum  
sibi societatis membrum. — bene se res ita habet  
constitutus enim in educando liberis, est tanta que vitia  
quae fere non intercipit ordine in aeternitatem usque  
durant. Lucillimum est, inspicere, quod in educatione  
liberorum quod nihil minus plerumque attendatur, quam  
ut leniter arisq, qui tamen ad hoc sunt aptissimi, deus  
atque dulcedo virtutis imponere cur.

329 laborant patrum pariter, quomodo possint liberi, post  
mortem reliqui, magnas pecunias summas relinquere,  
quae haud raro miseris mortalis in dissipatorem in  
luxuriam, ex luxuria autem in miserissimam vitam  
deducunt. Grob dicit: sceleratissima ea opinio  
plurimum iam jam homines, instar pestis, cuius celerissimus  
gradus non cogitant homines, celerat, illorum omni pernicii  
non expectata superfundit, inasit: omnem felicitatem  
hominum est opibus, et quae huiusmodi sunt positam  
esse. Parentes quidem curant ut liberi possint  
vivere; aut honeste vivant, an volute metam  
sibi propositam, felicitatem laborent tangere,  
a paucissimis duobus in considerationem; quin immo  
eo voluntate procedunt multi, ut subeant liberi  
ad morem mundi vivere, credentes, fore, ut super-  
bia habeatur, si liberi ipsorum a tenera  
aetate asusant virtute: dicentes: viri  
obscuro loco nati non licet superare alios  
celerique praestare, ac eum dignitatem, clari-  
tatem denique gradum asperdere, quem  
praecclarorum virorum liberi consequere atque  
superare licet. Requiescant in umbra ob-  
scurae vitae, neque audeant in lucem  
prodire — imitentur praecentes — imitentur  
eorum virtutes. cum quisque sibi opti-  
mum esse videtur. Nolite igitur  
mirari, et audit. Spect. complectissimum

corruptorum hominum numerum, qui, praeter id 30.  
quod adscripti sunt hominum societate, illi ubi  
adferunt utilitati, quum tam multi in primo flore  
aetatis omisso — et non admissis stimulo virtutis, deo  
spabili modo, in ruinam humani generis, currunt  
pudentur. Optimo prope culpa hujus pestis tribui  
tur parentibus, qui sub specie amoris, pueri  
sociant liberos in dissipatam et maxime abomi-  
randam miseriam. — amant quidem liberos, quem  
grave autem se, vero amore illos amplecti  
plane desunt. Praeque ipsorum amor maxime  
vitandum liberorum periculum sit. manifestissimum  
enim quodcumque minus periculosum est, quam quod  
talet, periculosissimo autem periculosissimum judicandum  
est, si, dum peccamus, noscitur peccate origo  
quod idem in educatione creberrime peccat,  
namque extra dubitationem esse cuique patet  
quod sanguine inveniantur parente, qui  
adeo negligenter liberorum et tam corruptae  
naturalis sint, ut ne erga illos quidem amoris  
cupidam supermaneat in animis ipsorum habitus.  
in solo igitur liberorum amore prosequendi maxime  
talet vitium. Sed istis nihil de magnitudine  
et gravitate detrahatur et veritate  
quamquam ei, a quo vultus ducit, inesse for-  
tasse obprobretur, sedis ab eo expectetur esse,  
ut non dicitur vitium.



Insuper autem gravantur parentes permulti, dum  
 querunt de nimia in liberis indulgentia,  
 quae eo intendunt procedit, ut liberi, dum  
 mala specerint, non modo non puniantur, sed  
 interdum ubique laudentur, ab id ipsum, quod  
 mala specerint. Omnibus temporibus, omni-  
 bus gentibus hoc vitium in omni aetate commune  
 erat. et clarissimus ille Romanorum in-  
 promotor virtutis, qui Praedicator (me de-  
 necam nominare velle statim quisque  
 antehiget), de illo procalare queritur,  
 nihil magis, dicens, facit iracundus, quam  
 educatio molli et blanda. ideo pupillis quo  
 plerumque licet, corruptior animus est. Non  
 respicit Offensum, cui nihil unquam negatum  
 est, cui lacrimas sollicita mater semper  
 abscessit, cui de Baedago plerumque factum  
 est. Sic fieri solet in mundo, vitia  
 propagantur a patre ad filium, a filio ad  
 nepotem; laudabilioribus praestantioribus  
 sibi autem adhibere prohibetur, si  
 quoque admittuntur, rarisimam tamen evadit  
 ut sola comitatur virtutum admittuntur.

O si descenderemus a ficta imaginata <sup>332</sup>  
altitudine, a simulata celsitate, in sanctissimi  
et opacissimi virtutis lucas, in quibus flevit  
longe late que, purissimi cognitionis, Craspedae  
amoris denique pontis, qui neque exhausti  
possunt neque aliter, quam sancto murmure  
re animam ad salutarem sui ipsius cog-  
nitionem considerationem que excedit aut.  
O si ista propagare, imitari, delectari  
ab illis nollemus. virtutes vero e contrario  
laudibus exere, totos nos illis tradere, fidei  
illis, inire illis, aliisque ad populum  
ad fudium ipsarum provocare volumus.  
Hoc in prima praesente, quae res  
maxime tamen requirit bonam, fidem  
ducentem, quae praecipuum requirit  
educationem, non observatam - la-  
boratus potius in contrarium - effra-  
cta indulgentia - summissima facilitate.  
Et fragilis plane animus parvulum,  
perspicacium liberis suis grave fieri  
et temperare mandatis, sequi laudanda  
et praequam liberis mandatis praestantibus  
videtur invidiosos parere, subijciunt se ipsorum  
posteriori de perniciosa voluntate - ipsa pertinencia

333.) pertinacia alibus. et sic ex infante perti-  
nar, ex pertinace autem inutilissimum Societatis  
membrum oritur. Superius praeterea nulla  
adhuc nota in educatione ista, quibus  
hoc quoque adnumerari posse credo, quod  
liberi a parentibus, nunquam ingenium  
ipsorum cognoscitur, ad varia artium  
scientificarumve genera praedestinantur,  
quod ex parvi aestimatione, ac maxime  
stupiditate contemptu variarum artium  
ortum ducit, ducit, et ducet, prolem-  
porum hominum, atque motuum  
mutatione; evincenda e homine opinio, quae  
supponit omnem Societatis florem, omnem  
similitatem omnem durationem — una  
enim sublato membro, non potest  
fieri aliter, quam ut corrumpat totum  
hoc tam salutare aedificium. Qui est  
tam ferreus, ut non inspicit, quencumque  
ad florem ipsius summi in hoc genere, idque  
proaeclarum conferre posse. nullus proae  
ceteris dignitas aliqua, nisi proae ceteris  
excellat quoque, concessa est. hoc  
autem vulgo creditur, et ob id ipsum  
saepe numero accidit, ut perest

liberis, priusquam in se exerant, ad idonei <sup>334</sup>  
ad certa artium genera praedestinantur.  
vel nimis honorem ardore, vel infirmitate  
animi. Sic erratur in educatione. quomodo  
igitur debet esse illa composita, quae sit  
salutarij rei publicae, quae ubi careat?  
Suspiciunt vobis parentes liberor. suspiciunt  
virtutem, excellentissimam hanc vitam humanae  
pulchritudinem, quae, in quocumque habitu  
est, praedest; quae non colore, caliditate cor-  
poris, pulchritudine, non deformatate faciei,  
quae sua magnitudine omnes dolores,  
molestias, injurias elidit — hanc suspiciunt  
Rana sequimini mortales — nam in  
ipsa educatione non omnia praevalent delectatione  
firmat, et obdurat, quam in ceteris.  
Festissime infantibus patres, quibus conditum  
est salus liberorum suorum, in hinc  
mentibus ipsorum magnitudinem Praejudicium  
viri denique virtutis, illi quae ibi instructis,  
ipsorum vestrorum aliorumque laudandorum  
hominum exemplis alligant, ut pariter  
cum vobis incedant in gratissima virtutis via  
ut si grata vobis est eorum salus, pariter etiam  
cum vobis immortalibus fructibus ipsius felicitate  
salute prosperitate denique summa fruentibus  
consequantur ut utemur

Despicite e contrario opes, Divitias, pecunias, quae  
 praeter opinionem, nihil sunt, nihil afferunt, nihil pro-  
 sunt. — Et verissime dictum est, paucitibus plane  
 nullam liberorum curam, nullam charitatem,  
 nullam amorem erga illos inesse, qui, praeter  
 pecuniam liberorum nihil relinquunt. omnia enim  
 haec mortalia habentur, vix autem indifferenter  
 perpetuo durat, eadem fere, eadem utro-  
 non ab opinione hominum, ut plurima  
 eorum, dependet, sed in se pretium habet, et  
 immutabili gradu, perpetuoque vestimento, tan-  
 quam origina incedit quae alligit qui  
 supra modum, comitantur cultores, sed  
 non nisi boni, quos amat, quos diligit, quos  
 fide amplectitur, quae non nisi in  
 isto est ali pectore, quae radices mittere.  
 eodem hoc confirmat, Juvis obdurat. Sic  
 parentes liberorum formate mentes, et ipsi deinde  
 laborant, ut acquirant sibi promptitudinem quam  
 viribus suis, aliquid conferendi ad salutem publicam  
 aut multiplicitate modo (quod est usus adferri, varia enim  
 studiorum genera, quibus se possunt committere, inveniuntur  
 Satis quidem videtur prope, qui jam virtutis dulcedi-  
 nem gustant, pati ut sit membrum inutile, sed  
 tamen simul potius quaevisque cultorem sui  
 virtutis ad laborem et industriam — simul et  
 quaevisque ad bona, praestare agenda; nec cultu-

rum ipsius resistet. ostendit enim, allicit, persuadet,  
 excitat voluntatem, adfiscit, juvat, exitum denique  
 curat, et omnia bene vertit. Edehinc sunt huius  
 multa, varia studiorum genera, ad quae diligentiam  
 studiumque conferre possunt, quam amplius illis pate-  
 sit atque ostenditur campus, in quo agere  
 possunt et excellere. Sed opus est preparatio-  
 ne.

Parentis est experiri, lentare indolem liberorum,  
 parentis est inquirere ad quod genus studiorum, prae-  
 celeris sint idonei, nec permittere, ut ad maiora ad-  
 spirant, quam illis a natura concessa sunt. Pri-  
 mo requirendum est a patre, quod genus studiorum  
 magis habeatur, magis honoretur, sed ad quod aptus  
 sit filius, et in quo maxime se vires ipsius  
 exercere possint. Et accedit huius, ut, debeant li-  
 beri a parentibus, priusquam alicui rei student, rite  
 quoad intellectum, praeparari. Quod magis,  
 quam omnia, negligitur, et quod ex eo, de quo  
 ante loquebar, gignitur, ad id ipsum enim  
 quod parentis ingenium liberorum non ex-  
 periantur, potest explicari, unde veniat  
 ut non excolantur in propria praeparate  
 a parentibus liberorum ingenia.

Ponite vobis ante oculos, Auditores, vicum, quorundam li-  
 berorum parentem, negligentem in probo, et omittentem  
 curam patri. Invenite ex illo negligentiae causam — prona  
 erit responsio: Quid opus est cura, diligenda, exactio  
 in libris, qui sunt desinati, vires, studium con-  
 care in tam edigno, obscuro genere artium. Sed falsa  
 est omnino et nociva haec opinio; cuiuscunque  
 enim rei se se dederit, necesse est, ut in se obse-  
 velus, ingenii, rationis, intellectus quidam habitus,  
 qui onagrem laudem, tranquillitatem ac felicitatem  
 mentis libique adferet. Sed nondum sufficit,  
 ita debentur praeparari ut alterum, difficultatem,  
 quae in altero genere artium reperitur, si-  
 minuat, ut igitur quoadcunque suo tempore  
 opportune, iussu a nobis tractetur. Faci-  
 picandum igitur erit a minus arduo et mo-  
 mentoso, ordiendum erit a faciliore, non  
 vero semper quoque a gratiori; et si  
 pergendum est ad magis arduum et momen-  
 tosum, ad graviores denique, et quod  
 quodammodo non ad minus gratiosum.  
 Subsidiarius igitur pro namum alteri, ut ante  
 cedens semper difficultatem consequenter dimi-  
 nuat. Peractis his videamus denique, quomodo

si omnia haec rite peragantur, fluat inde in societatem  
maximus usus. <sup>239</sup> Fluat omnino: si enim ita in educa-  
tione ageretur, paucissimi essent contemp-  
torum virtutis; omnes invaderet cupiditas, praeterea  
agendi; omnibus cordi esset, se viros bonos prae-  
stare; rarissime eveniret, ut negligentiae nos  
fraderemur; nunquam inutilis esset opera homi-  
num, audibile enim, visus, tactu, natu, assinatione  
tacita, incessaque ipso prodesse, nemo furaretur  
nemo raperet, — securi, non clausis foribus  
quieti nos tradere possemus nocturnoque praesom-  
no, nunc et clausis vix possemus, — fallimur,  
fallimur, ab id ipsum, quod fallimur. Fides,  
amor floret, nunc autem fere haec omnia  
epota sunt et mundo, quidem paucissima  
sunt. Quae autem in finem societatis  
componantur, ut securitati propiciantur  
et salus omnium promoveatur, et rei  
publicae maximum interest, ad quem  
paucissimi inveniuntur in illa, qui neque  
possunt, neque volunt prodesse, plurimi  
autem possunt, paucissimi volunt;



329. Possent utique, nisi illa educatio esset, ut  
quaquam a natura vires sufficerent, quae summum  
onus sustulerit, prodesse velle. tantum autem  
valemus, quantum possumus; Osi tantum  
quoque prodessemus, quantum valemus.  
Osi plurimi parentes non tam negligentes  
in exercenda educatione essent. — Si posset  
provida educatione promoveri et adjuvari  
in etrolementum cuiusque hominis, qui in re  
publica versatur, Communis salus.

Quare agite Parentes — proponite liberis  
vestris virtutem. cavele nimia illos corrumpere  
indulgentia. inquitte vires ipsorum.  
formate tandem vobis liberos bonae indolis  
alios viros, in quos laudes cumulare, quos  
amore prosequi possunt. rei publicae  
autem bonos formate cives — Tentate  
semel, — audentes fortuna juvat.

Quid Phantasia in artibus valeat.

ostendit,

Ernest. Diet. Böhm.

Theol. Stud.

11 Febr. 1775, - 239 R. 1 or

*[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]*

Das ist ein  
Vollständiges Verzeichnis

der in der  
Landesbibliothek  
zu Karlsruhe  
aufbewahrt  
ist. Es enthält  
die Namen  
der Autoren  
der Titel  
der Werke  
die Band  
zahlen  
die  
Verlagsorte  
die  
Verlagsjahre  
die  
Bände  
die  
Bände  
die  
Bände

343.

Quum  
tunc  
et ad  
pono  
mori  
fugit  
relect  
tu pro  
tu cat  
pro te  
vulpi  
ate m  
et ma  
lavin  
mim  
tunc  
frit  
tam  
pro

Director amplissimus! 34A.

Sodales honoratissimi!

Quum variis ornata sit facultatibus mens nostra, multaque modis ea ad altionem perfectionis gradum promoveri queat: nihil erit omnino convenientius homini atque utilius hac sui ipsius cura, ac diligentiori, quo valeant singula et quid studii in illis ponendum, inspectione. Ipsa autem natura ita constitutum, ut corpore tanquam instrumentum viribus suis exercendis augendum, uteretur ante inde velut alveicula sui cultus et majoris perfectionis adquirenda animo pararentur. Mens enim hominis nihil percipere vel agitare utique possit, nisi ante omnia ex rebus obvis corpus affectum fuerit; quarum mutationum speciem alio tempore, ipsis jamjam cessantibus, re-

vocat et quae olim percepta sunt sen-  
 sibus velut praesentia sibi subiicit.  
 Unde prorsus animus praeter lapsi tem-  
 poris vicissitudinibus intentus, earumque  
 rerum praesentium statu comparans,  
 intuitu similitudinis, quae utriusque  
 intercedit, eventura colligit atque exi-  
 tus subinde sive bonos sive malos  
 divinat. Omnium vero horum ma-  
 ximum est, et excellentissimum hu-  
 mane mentis ornamentum, intellec-  
 tus. Ea quippe facultate, non solum,  
 quae corporis nostri instrumentis per-  
 cipiantur, rerum alia etiam a sensu  
 remota<sup>a</sup> omnemque vim corporalem la-  
 tentia, discernit comprehenditque. Eadem  
 vel praecipue a ceteris animalibus  
 hominem distinguit, ac velut pro-  
 prium Dei munus humano generi con-  
 tigit; ut adeo illino potissimum  
 cum Numine similitudo petenda sit.

Intellectus autem sine memoria quasi nul-  
la foret materia. Quemadmodum enim  
artifex pretiosissima et subtilis-  
sima opera fabricandi peritus,  
deficiente materia, non habet, in quo  
artem et operam exerciat: ita quo-  
que intellectus, uti in rebus arduis  
acute perspicuendis idoneus, memo-  
ria non succurrente, obijciendo, de qui-  
bus possit dispicere, nullum presta-  
bit usum, nec ullam fere vim ha-  
bebit. Namque memoria ea tenet, atque  
intra se includit, quae intellectus  
diligentiori indagatione pertractare  
adcuratiusve perspicere debeat, et ipsa  
quoque res proter lapsas presentibus  
jungit actiones humanas, quae olim pa-  
tratae sunt, excutit, bona vel mala  
ex illis orta commonstrat, ut ad ex-  
empla aliorum nos componere, aut  
detestanda illorum facta fugere,  
discamus. Et siuti per illam ma-  
jorum facta nobis traduntur, ita  
quoque nostri aevi clarorum virorum

346.

vir =



virtutes prosteris traditum iri; docemur. Huic fuit adit alia facultas, qua  
 multum et ipsa ad rectam rerum  
 intelligentiam confert et dijudica-  
 tioni inservit, ingenium atq; aumen,  
 quibus efficitur, ut rebus in vicem  
 relatis, convenire sibi et simile quid-  
 dam ac commune habere, aut discre-  
 pare, et contraria sibi, atq; incon-  
 grua esse intell<sup>igit</sup>~~itur~~. Complectitur  
 deniq; ratio, quidquid fere est nobili-  
 oris in mente humana facultatis ad  
 res sibi subjectas cognoscendas; tamq;  
 late patet rationis regnum, ut illius  
 ambitu ipsius natura humanae limites  
 contineri et describi posse videantur.  
 Neq; vero tot tamq; insignia bona  
 frustra homini; sed cum in finem  
 unice concessa esse confiterendum est,  
 ut homo secundum illarum facultat-  
 um normam atq; ex recto rationis =

praescripto, eligere bonum, respicere malum  
 valeret, et prout quidq; placuerit, aut  
 displicuerit, desiderio illius ferretur, aut  
 contra. Non cuius facultatis usu ita dif-  
 ferunt mortales, ut pleriq; sensibus  
 parentes in illa maxime, quae sensum  
 movent suaviterq; afficiunt, rapiantur,  
 atq; ex diverso abhorreant, quae sensu  
 confuse percepta, speciem mali offendunt:  
 nullo fere cognitionis lumine, aut ratio-  
 nis imperio. Et licet iis intelligentiores  
 feracem sensum, haut raro in vana et  
 nociva prouum, iusto rationis regi-  
 mine subigunt, et in rebus ex peten-  
 dis fugiendisq; non legem ullam sibi  
 statuunt aut sequuntur, nisi quam  
 ratio ipsa necessariis scientia subji-  
 diis instructa et illustrata probave-  
 rit. Verum redeo; quum videam, in praten-  
 tiosum rampum me imitti, de re in  
 universum dicere ingressus, cuius ali-  
 quam modo particulem orationi subji-  
 cere =

cere, animum induceram. Est autem in aliis plurimis mentis humana facultatibus, mirabiliter distinctis; phantasia quoque, fecunditate et ubertate prestantis.

Quam quidem ego nunc diligentius paulo declarare institui; si, quod rago observantissimis, benigne Tu quidem Director Excellentiss. Voss Socii honoratissimi, me dicturum audire tanti putaveritis. Illud ne ipse ad dicendum mihi proposui.

Quid Phantasia in artibus valeat. Primo vim et naturam illius facultatis, virtutes item et vitia, primo loco demonstrabo; Secundo dein, quam late pateat per omnes fere artes ejusdem usus, docebo.

Phantasiam eam facultatem mentis esse interpretor, qua animus diversissimas species ex se ipsa erigit, formas, quas nunquam libuerit, attribuit infinitis modis, res subjectas transponit, necit, dirimit,

non usquam nisi arbitrii sui legem sequi = . . . 350.  
tur. quale quodque vult esse, vi sua effin =  
git; mista sciunt, secreta miscet. Pejora  
quandoque abstrahit, meliora addit. Et unum  
aliquod, integrum, perfectum absolutumque,  
cujusmodi intenditur, apud existat. Plu =  
rimum ergo phantasiae apud hominum  
animos efficere posse, evidens est. Illa enim  
in gratiam aperiri suo conciliandam velut  
effusa, iuncta vividissime qua illuc fa =  
ciunt, exprimendo; singularum partium  
conquisita undeque doctura apte universi =  
tati inferendo, voluptatis irritamenta  
quae quaedam profunt, explicando; grata  
omnia, placenta, conformia, efficiendo;  
ordinem usquequaque non sensum, venustatemque,  
ostentando; omisso, detracto, excluso quid =  
quid deformitatem adferre, vel gratiam  
certe minuire videatur, tam consummatam,  
quam potest esse iunctisve sensibus et  
capiendis accommodatissimam formam ex =  
hibet. Atque ea est omnino phantasiae  
lex, ut disiecta colligat in unum

ac singula bene elaborata, inserta invicem intactaque, ad efficiendam universitatem coaptent. Secundum quam legem omnia fere, quaecumque ab illa facultate nascuntur, opera perfici videmus. Quod quum facit, fingere animus dicitur. Neque vero eo valet fingendi nomen, ut inania, dissona, contraria miscantur. Quod enim ut non nego fieri posse, ita vitiosissimum hoc ipsum habeatur. Quia univrsum autem inanis fictionis duplex ortus est. Quoties enim aut copulantur, quibus repugnat, aut separantur, quae necessitas aliqua continet, quod prodit inde, necesse est, vanum sit et nihil. Ut qui civitatem vult esse absque imperio, perinde facit, ac si annuus nullam esse dixerit. Demto quippe, sine quo nulla potest esse. Pariter si quis figuram tribus angulis concludat, addito insuper quarto, nullam efficiet. Quanto vero prestantior est haec mentis facultas, iusto quodam temperamento subacta, et

quo plus emolumentum in bonarum artium  
studia, quod postea demonstrabitur il-  
lino proficisci potest, hoc diligentius et  
sollicitius cavendum, ne corrupta eadem  
et depravata, vanitati sibi obnoxia inq[ui]-  
errores propendeat. Quare tum virtutes,  
tum vitia quoque phantasia, ut vires mea  
tulerint, exponam. Virtutes autem prae-  
simum haec sunt: fecunditas, veritas,  
subtilitas. In omni opere quod huius  
facultati subijcitur, prima sibi materia.  
In eius adparatu ante omnia versabi-  
tur phantasia, et quo amplior illa con-  
tingit, hoc liberius mens discurrat de in,  
omnisq[ue] labor et solutio. Constat au-  
tem hoc totum inventionis. Neq[ue] vero ea-  
dem facilitate hic proceditur. Prompte  
copiosq[ue] ab uno parentur, quae tardius  
ab altero paritur. In quo ipso ierai-  
tur ubertas vel egestas illius facultatis.  
Ut enim quisq[ue] plura magisq[ue] varie-  
tate distincta, a vulgari sensu remota,  
recondita, facillime invenit, ita fec-  
unditate phantasia excellere merito =

puta =

putabitur. Altera virtus est veritas. Cujus studium adeo non debelli, a tali opere faset, ut, si veritas non constiterit, omnino omnis ars pereat. Ad id requiritur, ne qua sint pugnantia aut contraria mala inter se incoherencia, inepte disposita, aut veri utiq; dissimilia; sed ut suo quodq; loco ponatur, sibi quaeq; respondeant, in vicem congruentia, mutuo auxilio et in unum plane consensu. Quare id primo loco in omni etiam opere poetico spectandum, ne quid fictus ac possit esse, fingatur, sed ut modo naturae convenientissimis quidproximam naturam imitetur. Quibus accidit subtilitas, qua posita est in artificis cum modo singula, ac perita intexendi, dissimillimis modis et mira varietate iunctas materiae subjectae partes disponendi et connectendi invicem, observatis diligenter et expositis etiam iis, quae plerorumq; iudicium elabuntur, ut novitas per omnia constet et ultra expectationem

semper incurrentibus aliis animus velut  
 admiratione periculis stupescat. Hactenus  
 de virtutibus. Ex diverso autem varia  
 possunt oriri vitia ex immoderato phanta-  
 sia usu. Sunt enim fines, quos excedere  
 maxime periculosum est. Quispe suis  
 terminis emota, contra veritatem gras-  
 satura, infinitum quandoque malorum  
 iunulum importat. Exemplo esse pos-  
 sunt, qui vulgo phanteste dicuntur.  
 Hic animadvertendum illud quoque, vel  
 ex una quadam specie sive imagine pe-  
 nitus animo in illa defixis ad extrema  
 labendi periculum oriri. Bostellius  
 quidam, qui virginem Venetam deamabat.  
 Bostremo narratur, eo demantia prois-  
 sisse, ut ejusdem opera humanum genus  
 demum redimi oportere contenderet, li-  
 bro etiam illius nomine inscripto.  
 Neque vero longius his innotabor. Ne-  
 flat ut amplissimum ejus, de qua pro-  
 monem institui facultatis usum ex  
 ipsis diversarum artium operibus de-  
 monstrum. Primum locofungatur poetica  
 ars?



Poetarum enim praecipuum esse fingere omnes confitentur. Et quidquid fere illorum ingenio profertur, vel maxime ex eo aestimandum est, an commoda sit fictio et pulchra. Convenit nimirum qui tantum versus, utiungq; ceteros et rotundas, facit, verbarum iuxta dimensionem utitur, sonorum bene cadentium delectui unice studet, in cuius carmine ceteram nullus est nitior, nullum momentum nihil exelsi, nihil amoeni, nihil deniq; in quo magnopere legentium animi figantur, poetam eum non esse dicendum. Quod et ipse Horatius, omnium poetarum facite princeps, aperte statuit. Quod nisi ita esset, haud ita magna foret eorum laus qui ingenio poetico claruerunt. Plura sunt et majora, quae periti a poeta, hoc nomen merituro,

postulant. In his, celeritas, ubertas, va-  
rietas, in inveniendo, disponendo, experi-  
mento; speciosa dictio et pulchra, sen-  
tentia non minus vera quam aucto,  
diversa forma cogitandi; et in uni-  
versam contextus non simplici de-  
core insignis atque multo artificio  
plenus. Potentissimum autem in poeta  
illud est, ut facultate fingendi mul-  
tum valeat: Quid enim si in descrip-  
tionibus, quarum frequens a quo poe-  
tas usus est, versari necesse sit.

Tum maxime phantasia copiose in-  
structa et limata juvabit. Ut si  
regionem aliquam amoenissimam, non  
utique qualis est ulla, sed qualis profect  
esse, de pingere instituit, hoc ita fa-  
ciat, ut, quidquid venusti ullibi locis-  
rum deprehenderit, aut ipse animo con-  
ceperit, secreta deformitate, congerat,  
congestus illo universitatem nume-  
ris omnibus absolutam efficiat. *ergo*

ergo designabit viridia prata, disco-  
lores lateq; patentes campos, fru-  
gum herbarumve infinita varieta-  
te et copia ad spectu pariter ju-  
cundas et admirabiles; armentorum  
ex obvio fecere patientium gre-  
ges, rivos molliter cadentes, plana  
ac livibus mista, editioribus con-  
tiguas vallis, varie vestitus montes,  
silvas altam umbram quaqua  
versum porrigentes, ferarum iner-  
rantium agmina et plurima si-  
milia. Talia quum promit poeta,  
manifestum est, phantasia vim  
inesse. Artis pictoria prope ea-  
dem est ratio. Plurimum refert,  
pictorem apte fingendi esse peri-  
tum. Nimirum hoc differt inter  
ipsum et poetam, ut, quae poeta  
verbis prosequitur, pictor oculis  
subjiciat. Neq; vero is solus est pic-  
turae usus, ut, quales res ipse sunt,

inspicendas exhibeat. Quoties enim  
 id propositum est, fingere omnino  
 non licebit. Et plurimum ex pictu-  
 ra arti et delectationi tribuitur.  
 Quare dandum etiam hoc erit picto-  
 ri. Sicut poeta, ut ex se gignere for-  
 mas et promere liceat, quas vult;  
 non eas quidem incongruas aut a na-  
 tura alienas, sed naturam uti pot-  
 est esse perfectissima, imitantes.  
 Eodem valet quoque de arte statuarii.  
 Vulgo nota est Venus Medica, fe-  
 mina formam et corpus, ut possunt  
 esse speciosa pulchra et omni ex par-  
 te perfecta, representans. Quam varia  
 porro figura nascuntur ex phen-  
 lasia. Quanta diversitas in corpore,  
 in habitu, positu isticive, qua  
 quidem omnia ipso artificis ingenio,  
 ut convenit, effingit, quisque intelli-  
 git. Proterea etiam sculptor vivida  
 fingendi facultate praeditus, res ana-  
 tura

tura effectas, fallenti diligentia  
 et artificioso digito accuratissime  
 marmoreas vel lapideas tabula  
 quasi infigit. Atq; is etiam tum in  
 invenienda aliqua exquisitioni ma-  
 teria, tum in ipsius tractatione  
 et fictione. Scenici deniq; ludi mul-  
 tum et fere innotata phantasia de-  
 bent. Ceterumq; enim ficta subsunt,  
 quae vel oblectamento, vel sensui  
 pulchri excitando, vel affectibus  
 movendis, scite excogitantur. Quae  
 ubi secundum principia supra po-  
 sita apte connexa sunt, ne ineptum  
 quiddam interjectum totius operis  
 (quod fit subinde) pretium minu-  
 at. Plausus intelligentium ferunt.  
 Videlicet maxima eorum, qui specta-  
 ri volunt, commendatio ex eo esse  
 existimabitur, si, quae locis mate-  
 ris subiiciuntur, apte hinc inde  
 translata sint, missa nexaq; si plu-  
 rima sit varietas, crebra permutatio;  
 si.

Si quam proxime iuncta ad naturam ipsam accedant; si actus singuli novitatis aliquid habere videantur, atque repente subinde rei parum expectata objectu huc illuc volvetur animus omne denique opus tum in qualibet parte elaboratissimum, tum in universum ratione iuragis per textum fit. Verum longius digredior, plura haec de re complexurus. Finiendum est. Percepta igitur vel ex his praestantia facultatis fingendi ejusque in diversis artium operibus utilitate, quid abstat tandem, cur non eidem perficienda magis magisque, atque iis de quibus supra dictum est, virtutibus exornanda, omnem diligentiam adhibeamus. <sup>2</sup>

361 .

*[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a list or account.]*

*[Faint handwritten text on the right edge of the page, including the words "Pirk" and "que co".]*

Virtutem solam altissima quae,  
que consequi posse

Demonstravit

G. E. Kaufmann

12 Nov. 1744. - 2328. I or



360.

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint handwriting visible on the right edge of the page, possibly from the adjacent page.]*

Quod si universam naturam, communem rerum  
 omnium parentem intueor, diligentissimis  
 in super-vestigis ac disquisitionibus persequor,  
 nil reperio, quod animo meo cogitationeque  
 maxime complecti possem, quam hominem, ani-  
 mal illud rationale, providum, sagax, caulum,  
 rationis ac consilii plenum; solum enim est  
 ex tot animantium generibus intellectus parti-  
 ceps, quem cetera omnia sunt expertae. Morta-  
 lis ille ad res arduas excitatus, unus inter omnes  
 eminentes, quos alma natura pro genuit  
 est hic rationis dono longo pulcherrimo instructus,  
 quid enim praestantius ea, quae haurita de caelo  
 divina sola hominem facit, a belluis distin-  
 quit, ornat, illustrat; animam praeterea possidet  
 immortalam, quae nullo labore, nullo conatu,

Sed minimo nuda totius corporis molem lempe,  
 rat ac flectit, quae, quamvis omnia fialia,  
 duca, in perpetuum durat, in omnibus or-  
 tae nostrae labyrinthis tuba ad infidus, quae,  
 res abditas an vestigat, investigatas compre-  
 hendit, comprehensas componit, ac praeterita  
 recordatur, cernens denique instantia, futu-  
 ra coniectat, et extrema conferens primis,  
 omnium rerum cursum et eventorum conse-  
 quentiam notat. Nemo fere mortalium  
 satis dilucide perspiciat, quanta animi sit  
 dignitas, quantus splendor, quanta maiestas,  
 campus itaque immensus se michi aperit  
 ad ostendendam animi humani nobilita-  
 tem, quare in eo exultet oratio mea,  
 quum ostendam.

Virtutem solam altissimaque  
 esse consequi posse.

In prima orationis meae parte

Quid altum dicatur.

In secunda autem

Quod virtus omnia consequi possit  
 demonstrabo.

Ab oratore ab illo sapientissimo huius  
 universi conditore, multis usque praeser-  
 timum muneribus excultus, tum ad intelli-  
 gendum, tum ad agendum, mentem induit  
 maximis rebus parem, viget et in dolis et  
 consilii praesentis magnitudine et in  
 illo animi quaedam excellentia, excel-  
 sitas singularis, propeissima natura  
 humilia despiciere, virtutisque comite

altiora spirare docuit, hos, qui naturae  
 doctis contemptis, famae studiis progressi.  
 busque male prospicientes, doctrinarum  
 artiumque liberalium scientiam negli-  
 gunt, in quibus invidi quidem succedi cupi-  
 ditas, sed consopitur somno quodam in-  
 riae atque languoris, portabat, ab igno-  
 rantia menti noxia, veritatisque inimica  
 abhorret, ardentiori semper studio con-  
 dit ad amplificandas augendasque animi  
 sui cognitiones. In acceptis iniuriis, noti-  
 lissimum victoriae genus esse putat, transi-  
 re aut indignas habere, iacta et inmissa  
 in se iniuriae maledictorum tela, nunquam  
 ad se pervenire patitur, omnem labis suspi-  
 cionem et maculam, ab improbis falso affectam

nomini suo ac famae nihili facit, invidiam  
 furorēque malevolorum dei citat ac op-  
 primit, certum est illi in libertate con-  
 stantiam lucri, se ipsum ab omni pertur-  
 batione iudicium praestare, eos filios ad  
 exitum perducendis animo esse praesenti:  
 Quum gloria dignitasque eius maledictis  
 violatur acerrimis, nulla invidia honorum  
 suorum cursum retardat, quidquid acci-  
 dit, moderate fert, nullis deliciis, nullis  
 voluptatibus oblitus, acriter vitia repellit,  
 insidiis non territus, minis non mutatus,  
 contumeliis maior et execellior, tanquam  
 Mars pefra cautes, ventos, iclus, procellas  
 ridet; contemnit, superat, in omnibus re-  
 bus suis obeundis altissimum animum et  
 incredibilem aequabilitatem haurit, alacer

et erectus per medium calumniarum mag-  
 nem incidit, adversus omnium tela solum  
 lectus veritatis et cordis, quum immi-  
 net ei ab inimicorum insidiis magna  
 calamitas, quum iis acuminis premitur,  
 iisque difficultatibus conflictatur, quae  
 feruac tolerari vix possunt, immobili-  
 ter permanet, miraturne conditam hanc  
 sapientiae vim, et suis clades omnes ex-  
 tu bonas esse, etiam si caeca haec mens  
 non videat, aut tarda non pertingat.  
 Vitam praeterea ad omnem civitatis legem,  
 normam, disciplinam exigit, atque ex eius  
 praescripto vitae cursum gubernat, ex plo-  
 ratum perspectumque habet, per eam per-  
 spicuis figuris testatam omnia ipsi occurrentia  
 superare posse.

Quam ob rem in secunda orationis meae parte  
 Virtutem omnia consequi posse, demonstrabo.  
 Praestantissima illa virtus, cui profecto  
 divina vis est, summa dignitas auctori-  
 tasque mortalem ad summum usque feli-  
 citatis gradum promovet, ei que indulgendo  
 nunquam fatigatur, omnia alia incerta  
 sunt caduca, mobilia, ea una altissimis defi-  
 ca radicibus non labefactari, non dino  
 veri loco potest. ubi huius splendor accessit,  
 tantum valid, ut nullius laeta sit mentis  
 obstinatio, nullius laeta pertinacia, ut que  
 at, nullius laeta impudentia, ut audeat ea  
 rum viribus resistere; inter atrocissima  
 proelia efferos hostium animos non  
 solum emollit, sed et in mutuam admiratio-



nem adque amorem compellit, linguam  
 egregiam non potest latere, sed quo ma-  
 gis occultatur, eo magis luce ipsa per  
 se, splendet in tenebris, et eos, in quib-  
 us est, apud omnes gentes laudabiles ac  
 gloriosos efficit, concentus undique per-  
 fectus, quo nobis animus, cum in forma  
 huius fuerit, divinus efficitur, eoque  
 splendore decoratur, ut nil admirabili-  
 us in tota rerum universitate, nil prae-  
 stantius, nil speciosius esse possit. Haec  
 quoque domina rerum praecleara ac divina,  
 quanta efficacitas, ad beate vivendum,  
 quae vires; Quam si consiliorum nostri-  
 rum adiutricem habemus, et ad eius auctori-

balem rationes causasque nostras adiun-  
 gimus, merces erit amplissima dignitas,  
 summum exinde honoris et amplitudinis  
 culmen conscendemus, omnia enim ab ea  
 in nos proficiuntur ornamenta, nullis  
 non tempore, omni studio ac industria em-  
 litur, ne hominis astra splendori pustrata  
 fuer, oblata nobis formidolosissimi tem-  
 poris tempestate, omnem periculi procellam  
 in se avertit, quidquid argit discriminis, nisi  
 me exhorrescit, in maximis difficultatibus  
 sui periculis similis, in locum quem vis praeci-  
 tem non dubitat se committere, refugit ab  
 infida adulatorum consuetudine, auferit se  
 ab pestifera assentatorum pernicio, ab offensione  
 denique praestare se immunem potest.

Quid igitur pulchrius atque iacundius esse  
 videtur coeli, quo exornatus est animus,  
 quasi in clarissimo quodam ac sublimi lo-  
 co positus, infra se coecas hominum me-  
 tes videt variis erroribus implicatas, et  
 pro veris bonis inanes tantum bonorum  
 umbras prosequentes, assiduis fortunarum  
 perturbatibus agitatae, se vero tanquam in  
 tranquillissimo portu constitutum, nullas im-  
 plius turbulencias pertimescere tempestates;  
 Vestigia itaque eius persequamur, et ad-  
 ductum eos applicemus, ea possidebimus,  
 quae vitam florentem atque beatam ef-  
 ficunt, secunda nobis omnia cadent su-  
 premoque die expleto, aeternitatem lae-  
 tabundam ingredi possumus.

Audia animo adferre hilaritatem, et illinc  
pariter repositere

simulq; <sup>exposuit</sup> Societatem salutavis  
F. C. Flachsland.

mensis Martii 1775.

7 Mori 1775 — 2428. V salutis

*[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]*

*[Faint, illegible handwritten text visible on the right edge of the page.]*

Homini quum nihil suavius esse possit, quam  
 in litteris atq[ue] scientiis versari, sed in  
 iisdem continuo exercere: ut quisq[ue] intel-  
 ligentior est, ita impensius ad hanc suavita-  
 tem percipiendam debet eniti. Cogitanti  
 hoc mihi venit in mentem, quod ve-  
 rissime Plinius sentit: Ut ex studiis gau-  
 dium, sic studia hilaritate proveniunt. Cuius  
 dicti sententiam, paucis nunc expositurus,  
 quod studia hilaritatem animo ad seant  
 et illinc pariter repossant, qua fieri  
 poterit, brevitate docebo. —

Primum locum illud occupat, ut offer-  
 dam, qua sit hilaritas a litterarum  
 tractatione petenda. — Quo quidem id  
 potissimum referri debet, quod ad animus,  
 dum studiis vacat, ad se revertitur, et  
 ad cognoscendas scientias vias facultatesq[ue]  
 colligit.

colligit, eoque ab externis alienisve rebus  
 recedit, omni velut cogitatione in his, qua  
 sibi propria sunt, defixa. Ad id contin-  
 -git in privis, quem naturam, qua in-  
 -finitam in se habet pulchritudinem, et  
 in singulis partibus amplissimam sui  
 conditoris majestatem demonstrat, intue-  
 -mur, in eiusque contemplatione meri-  
 -tem reponimus. — Porro quoniam ani-  
 -mi voluptas ex se ipso flaurienda,  
 non potest carere unquam tractatus  
 litterarum delectatione, ut, qua ca-  
 -rum maxime facultatum, qua homini  
 sunt propria, usu continetur. —  
 Accedit ad hac novitas atque varietas  
 imensa; quippe litterarum campus tan-  
 late patet, ut mens illuc excurrens, a-  
 -liud ex alio inveniat, investigatione  
 et contemplatione dignum. — Ad tot  
 sunt illarum rerum, qua cogniti omni sub-  
 -jici

-jiciuntur, tamq[ue] distincta genera, ut, qui  
 cuncta complecti voluerit, non finem  
 unquam sibi assequitur. — Sed in in-  
 finitum is cursus porrigitur. —  
 Quo circa verendum non est, ne satietate  
 quadam et molestia ex studiorum tracta-  
 -tu capiamur. — Et diverso autem ce-  
 -terarum rerum, ut aurgis jurisdarum,  
 ob ipsam corporis sensuove, cui pluri-  
 -mum subjacent, rationem, satietas  
 subit, et ex ipso earundem ceteri usui  
 -tadium. — Præterea sola quandoq[ue] hæc  
 superest animo ad flicto, vel vanitatis  
 usq[ue] quæq[ue] in rebus humanis dominan-  
 -tis, peritæ, ex litteris recreatio. —  
 Verum repossunt item fluidia hilaritatem. —  
 Nam liberalis quam sit omnino illorum  
 natura, quippe vel ad intellectum et  
scientiam



scientiam, vel ad actionem et opus hominis  
 relata proprium: Liberaliter quoque ea tracta-  
 -ri convenit. Quale vero hoc sit, declarabunt  
 sequentia. — Praecipue nimirum, litte-  
 -rarum studio cavendum est, ne gravate  
 et cessanter illuc se componat, vel motu  
 parum honesto ac nimia virium diffi-  
 -dentia ab opere sedulo et strenue peragen-  
 -do averti se patiatur. — Neque vero alia  
 -re ulla, quam ipsius scientia pulchritu-  
 -dine et praestantia adducti, expetere  
 eandem, et animo complecti debe-  
 -mus. — Quumque naturalis sit pul-  
 -chri amor, et eoque amore voluptas et  
 gaudium oriatur: hilarem animum  
 et voluptati illinc capiendam, velut  
 apertum, litteris praebeamus necesse  
 -est. —

Liberalis

Liberalis, de qua dicere institui, litterarum  
 tractatio, vel maxime hoc postulat, ut  
 proprio motu, et quodam animi impulse  
 studia prosequamur. - Quod si fideli-  
 ssime tunc omnia et optime successum,  
 neque gloriam nec felicitatem desectu-  
 ram, summa cum ratione sperare licet.  
 Accedat autem intensio mentis, quae  
 facit, ut prompte et assidue bonas lit-  
 -teras tractemus, nec quidquam in ea-  
 -rumdem cultu, onere aut laboris ve-  
 -reamur. - Quae, qui diligenter observa-  
 -verit, dubitari non potest, quin ad vera  
 eruditionis laudem aliquando sit per-  
 venturus: contra qui fecerit, parum  
 is proficiet. - Verum ad hoc opus est,  
 ut familiaritas quadam, cum litterarum  
 studiis

studis contrahatur. - Itaque praestantis-  
simum erit studia eorumque cultum  
jurandi amplificandique adminiculum,  
quicquid nos reddis cum litteris fa-  
miliariores. —

Ante oculos mihi posita est illustris  
haec Sestra Societas, quae sane, si quod  
aliud institutum, familiaritati cum  
musis, praecipue latinis, contrahen-  
de, facultatem exhibet amplissimam.  
Ego vero, quemadmodum huic Collegio  
adscribi sumo mihi ducto honori, ita,  
quod mearum partium est, gratias Tibi,  
Director Excellentissime, Vobisque, socii  
Honoratissimi, referre maximas, si omnino  
negligerem, primam hanc salutanti vos  
potestatem adeptus, reprehensionem  
justi-

iustissimam mereret. — Repeto igitur  
 et publice iam confiteor, hoc novo be-  
 neficio me fortissime vobis obstringi,  
 quantumq; erit in viribus meis positum,  
 in hoc maxime collocaturum me, re-  
 sim VESTRO favore ac benevolentia  
 atq; iudicet indignus. — Hoc id, quo  
 JOBD<sup>4</sup> cum contineor, vinculum va-  
 lidissime excitabit me, ut cum summa  
 animi intentione ad bona quaeq; et  
 laudabilia et magna enitar. —

Neq; vero, TE, DIRECTOR EXCELLEN-  
 TISSIME, JOBD<sup>4</sup> tui Honoratif-  
 simi, venerari, et amare, ac mea prope-  
 ritatis auctores et adiutores habere, prius  
 quam vivere, me esse desitutum, persuasissi-  
 mum habeatis. —

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

De prudenti & provida sanctorum consilia  
& accipendi ratione

Sicut.

Kramerus Theod. Lud.

1775. 2. ed. 8. Maj.

7. Maii 1775 - 232 8. 17. or

384.

*[Faint, illegible handwriting in the center of the page]*

*[Faint handwriting visible on the right edge of the page, likely from the adjacent page]*

385.

DIRECTOR EXCELLENTISSIME,  
Sodaliter honoratissimi!

Aetiorum quandoque consilio, Auditori, utendum  
esse, plurimo & sane gravissima rationes  
compellunt, ut quisque intelligat. Primum illud  
manifestum est, non ea cuilibet homini bona  
in esse, ut recte ipse sibi consulere possit.  
Dumque ad hoc maturitas quoddam judicandi  
requiritur, quo eo valet, ut ea omni parte  
quod factu sit optimum accurate difficiat.  
Verum nec plurimo justam diffinitionem  
propedunt; & Est, valetudo, naturalis etiam  
impugnabilis. Dum ut quis fuerit intelligens,  
& judicandi peritus, sunt tamen casus, quibus  
consultatio fortiori aliquo affectu turbatur,  
ut, si quid inopinato, quod fit saepe numero  
in rebus humanis, evenit, ad quod promp-  
to consilio opus sit. Ejusmodi nimirum  
eventus, ob id ipsum, quod non sunt  
provisti, sive molestis & agilitudinis  
causa in illis contineatur, sive colorem



nobis adferant, solent plerumque animum ab  
 seu inventis suis, magnopere delectatur.  
 Ingratis finem facit, qui fallitate re-  
 tecta hac velut suavitate illos privare  
 ausus est. Sed vitium, quo infalsa for-  
 tur ingenium, fracti a nulla etate mor-  
 sus abest, ita proprio modo adolescen-  
 tiam afficere videtur. Multo enim hac  
 etas, partim levitate sua, partim ob  
 matura scientia defectum, vanis per-  
 suasionibus et ludicris speciebus paten-  
 tior est; et longe facilius prejudicatis  
 opinionibus et variis errorum genere im-  
 plicatur. Quo majori cura et sollicitu-  
 dine cavere debent, qui juventutis com-  
 moda quaerunt, ne hoc faedo servitio sub-  
 jecti adolescentium animi marceant,  
 et opprimantur. Tantum abest, ut  
 propter illud evellendi errores studium  
 pauloq; acriorem falsi confutationem,  
 intusandus quispiam merito putetur,  
 ut summa patius fidei documentum  
 in eo appareat.

Quantumvis vero his offensa sibi quis  
 contraxerit, major tamen erit propter  
 her=11



hoc et prostantior laus, magis fides illu-  
strabitur. De quo restat mihi jam di-  
cendum. Multis id rationibus affirmare  
posse mihi videor.

Est autem hoc fidei proprium, ne ullius  
incommodi metus nos illinc abducat,  
quippe fides vera ea dicenda non est,  
quum quis, quid sibi conveniat, aut pro-  
ficiat, id solum respiciat neque molestia  
aliquid aut detrimenti ob majus alie-  
num bonum recipere sustinet. Fidum  
quicumque se proestare laborat alteri, an-  
te omnia in eo requiritur amor. Quum  
sibi amantis studiose, ne quid amato ma-  
li eveniat, omnibus modis procatere: hoc  
ardentius amare intelligitur, quo minus  
incommoda, quocumque ab illo studio in se  
provenientia, recusaverit. Quos si quis amo-  
rem sui in eo ponat, ut, a quo amari se  
persuasent, in omnibus rebus is obsequa-  
tur, facta omnia, siue recte seu seius,  
probat, laudet, liberaliterque assentando  
et indulgendo gratiam querat unice, ne  
corrigat ulla, ne reprehendat, ne meli-  
ora doceat, ne in recte impellat, ne prave  
dissuadeat, ne cupienti obstit; is profecto

parum intelligat necesse est veri amoris naturam, et male sibi consulat. Quorum-  
tius illud efficitur, ut majorem fidei lau-  
dem mereatur, qui amore ductus, ne ipsius  
quidem, quem amaverit, indignationem  
suspiciere recusat, modo recte ei consultum  
sit.

Cogit ipso ab adulatorum grege demum  
distinguantur fideles homines ac vere nobis  
amici. Adulandi quippe et benevolentia  
captanda ut promptissima, ita multorum  
indignissima haec ratio est, ut cujusque in-  
genio, utcumque pravo et a recto amoto, ser-  
viant, libidinibus blande indulgeant et  
quoque more suo et studio inclinatur,  
ire patientur, etiam si cum aperiensimo  
ipsius damno fieri intellectum sit. Illi  
quidem non his modo, quae peccata sunt,  
lenimenta adhibent excusarique facile  
prose persuadent; verum etiam, si quid  
gravius peccaretur, eadem lenitate et fa-  
cilitate essent prosequuturi. Nimirum  
fiunt haec ex adulatorum ingenio, sibi  
commoda duntaxat querentium, nulla  
alieno salutis cura. Offitio vero genere  
hominum nihil omnino nocentius, neque  
haec peste majorem ullam dici posse,

par est a quoque intelligi. Namque dum plau-  
sum ferunt, et aspersum, qui mala protra-  
verunt, et moribus et ingenio corrupti,  
hoc liberius sibi indulgent, plures ele-  
decoris et probri et majora crimina con-  
trahunt et accumulunt. Quae quum ita  
se habeant, hoc notior et praesentior  
et nobilior fides erit, quo longius a pe-  
ditissimis adulantium moribus recesserit.

Plurimumque laudis ex eo accedit, quod  
ipsorum tandem, quibus vel invitis  
consultum est, testimonio confirmatur,  
recte nos, amanter, fideliterque fecisse.  
Equidem pravitas animi, aut violentia  
invidiis, ad tempus mentem a veritate  
propterea divertere, quo minus quis aut  
videat, quibus rebus saluti sua prospi-  
ciatur, aut, si viderit, nolit certe ea ra-  
tione sibi consuli. Sed plerumque tamen  
recollecto animo, maturitate iudicii, aut  
ipso etiam malorum, ex nimia licentia in-  
dulgentiisque nascentium, sensu, eo sani-  
tatis reducitur homo, ut male factum  
actum intelligat, quoties saluberrima  
consilia fidemque admonitiones adpro-  
natur.

natur, liberius aut sibi, aut aliis in prava  
 duentibus, obtemperavit. Quaeque dispari et  
 contraria fidei et prava adulationis na-  
 tura, disparia etiam ac diversa sequuntur.  
 Nempe fides, initis illis, quibus obstitit  
 vim ratione, ut ipsis consultum esset, in-  
 visa, ingrata, molesta fructum constan-  
 tia duplicem reportat tandem, ut et ipsa  
 laudetur eoque magis colatur, quod vicini  
 non protulit, et qui prius inusuraverint,  
 asperitatemque subinde objecerint, proeni-  
 texta ductis, iniquius se fecisse confi-  
 teantur.

Tunc ergo demum fides vera splendescit, ju-  
 stis laudibus ornata, eoque jam carior, quo  
 fuit antea, a noxa maloque alienior. Ad hoc  
 verum expeditumque illud est, acutissimi  
 auctoris dictum: Fides in praesentia  
 eos, quibus resistit, offendit, dein  
 ab illis ipsis suscipitur laudaturque.

440.

*[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]*

Ex *PLYNII* dicto:

*Sequi gloria non appeli  
debet*

*Thema excerptit:*

*„Unice a vi stude capi gloriam, ex ceteris  
perperam queri „*

*C. M. Mader.*

*J. V. St.*

*d. 22. Jul.*

*1775.*



*— 249 T. I or*

## OECONOMIA.

Thema: Unice a virtute capi gloriam; ex ceteris  
perperam quori

Abit hoc in duo: ut demonstrem,

1. virtuti certissimam comitem esse et gloriam.
2. ceteris averfam, & utcumq; speciosa fugientem.

ad P. I.

- a. virtute enim sumum, & naturae hominis convenientis  
simum decus comprehenditur
- b. Eadem quaecumq; facta bonaq; reliqua perficit, no-  
bilitat, & in tantam effert, ut laus illius vera & glo-  
ria nascatur
  1. possunt quaedam magna esse et ampla per se, ac  
possunt inepti homines, parumq; intelligentes  
eo admirari
  2. ut laudabilia eadem gloriosaq; a peritis & intel-  
ligentioribus habeantur, virtute efficiatur.

Ita nimirum

Splendida munera laudem accipiunt ab obtun-  
tium virtute  
magnifici praeterea qd omni militi aq; facto ex  
faciendum animo virtuteq; in gloriam versant.  
opera magna & speciosa his demum, qui cum bene  
publico fecerunt, laudem pariunt.  
ingeniorum monumenta auctores commendant, in  
quantum virtuti utilia —

- c. vel sola virtus, nulla re alia extra se, in ostentationem sui  
sumta, praestat, ac sua propria bonitate laudari merebitur.

ad P. II.

Illarum vero rerum, ex quibus aut errore aut prosperitate ducti gloriam sibi  
plerumq; mortales quaerunt, multiplex est distinctio:

- a. aut enim ea tantum non habeat virtutem, aut tollunt eam. Ad pri-  
mum genus referendum, quum quidam omni luxuria q; care, comis-  
sando, potando, alio etiam offendendo — gloriam quaerunt.
- b. primi generis rursus duo sunt: alia multis bona; ut excellens in-  
genium, ampla eruditio — alia corporis, ut formositas. Quibus  
porro accedunt fortuna, honores — extra hominem profecta —

449.

# DIRECTOR GRAYSSIME

## Sociales Spectabilissimi!

Ita hominum naturam comparatam voluisse numerum  
divinum, ut laudis studio omnes trahantur, nemo sane  
dissimulare conabitur, quia obscurari place non potest —  
Jam inde a pueritia cuiuslibet gloriae amor omnium rerum  
antiquissimus est, hunc in animo habet, & oculis; quam  
primum litteris animum imbueri coepit, ante omnes  
spectat laudem atque ad eius delocutionem omnes labores  
omnem animi intentionem refert, adeo ut paucissimi sint,  
in hisce juvenilibus animis, qui ob cognitam studiorum  
prestantiam & utilitatem fovent illam, plurimi vero,  
qui gloriae tantum causa sedulo illa tractant, quo  
sint, ut alter alterum superare cupiat, ut talitiam esse  
ratur cum vicerunt, ut pudeat victos, ut detre etate  
alios studeant. Neque vero fervorem hunc in juvenibus tan-  
tum, verum in adultis observamus. Divites pariter &  
pauper, potens & humilis, civis cum principe ad unum  
idem tendunt, ad gloriam scilicet divulgantem, ipsi illi  
Philosophi, etiam in illis libris, quos de contemnenda glo-  
ria scribunt, nomen suum inscribunt, ac in eo ipso, in quo  
predicationem, nobilitatemque despiciant, praedicari de se ac  
hominari volunt. — Sed quotus quisque est, qui huic ani-  
mi in petum principum aviditati poterit exaequare?



444)

Crucata illi bella suscipiant, & misere subditos lo-  
quent, ut gloria sitim levare possint. Immerito  
moles erigunt & coelum tangentia monumenta, ut  
per hanc nominis memoria posteris tradatur. Sed itaq;  
constat, neminem unquam esse, qui gloriam deus, vel  
plane habeat distinctam. Quamvis enim peioris notae  
homines aridorem hunc, abjicere videantur, ea inri-  
cie tamen ipsorum facile colligi poterit, quam an-  
te gloriam quaerunt, praesens tantum ipsorum status an-  
sam illius illis subducit; nec ab his eundem negligitur  
qui contemptum episcopi inducere conantur, est enim glo-  
ria vere magnus appetitor, qui se a gloria abhis  
se gloriatur. Quisq; ergo hunc finem adsequi cu-  
pit, pauci vero attingunt, sed longe aberrant, i quibus  
enim ipsis est, quod sub lato gloria ambitu comprehende-  
tur, hanc ille aliam alius de illa opinionem foret,  
ad cuius praecpta vitam vitaeq; rationem instituit  
componit. — Sed quid tandem est, quod sub pervagata  
gloria voce complectimur? nihil sane aliud, quam lau-  
dem recte factorum, magnorumq; in rem publicam meri-  
torum famam, quae cum optimi cuiusq;, tum etiam mal-  
litudinis testimonio comprobatur. Intellectu proinde facil-  
limum est, quod cum uno tantum modo apte conspici possit,  
quae laudis & gloria indoles sit, cetera omnes existimationes  
infalsa atq; errantes rejici debeant. — nulla vero re melius  
et aliisq; gloria capitur, quam a virtute, de quo prolixius ali-

quanto dicam, demonstrans

145.

- I. virtuti certissimam comitem esse & gloriam
- II. ceteris aversam, & utcuq; speciosa fugientem.

Ad P. I.

Unus sapientum thesaurus est virtus, & purissima vita gemma, que viros facit, unde etiam nomen sortita est. Vitam nostram, vitiorum lacuna contamulatam, purificat, actiones legi divinae convenientissimas reddit, affectus nostros moderatur, ipsaq; mentis lux est. Animum in bonis exercendis corroborat, & ad coelum erigit, unde & natus est. Ea juvante & succoritate, si rem illam attingere possumus, ad quem creati sumus, docet quippe sui cultores, mundana haec, caduca, fortunaeq; ludibrio exposita, contemnere, & spiritum, quo praestantius nihil homini datum, attollere, ea precipiens, quae hominum anima quam convenientissimas sunt. Amisam conscientia requiem restituit, sine qua nulla voluptas, nullum sincerum gaudium excogitari aut fingi potest; intelligi itaq; par est, digna nomine gaudia non nisi violata existere posse: Sed quam <sup>in</sup> dubium vocari non potest, contedere licet, virtute sumum & naturae hominis convenientissimum deus comprehendere.

Si acinum violata oratum firmumq; habemus, si evidentem certam & explicitam boni maliq; cognitionem illa nobis suppedilavit, tunc nihil comitemus, cui erubescendum nobis esset, curate enim, quod vobis proposuimus disquiramus, diligenter scrutabimur viam, illuc ducentem, relegemus occulta pericula, & insidiantes forte angues vitabimus: Quis ergo alia, quam amplissimi nominis facta ~~comit~~ conficiemus?

nec fieri potest, quia exploratum illa de nobilitate  
 anima testimonium dicat, si vero, antequam mens vir-  
 tis deludnem delibavit, scintillula quaedam perfectionis  
 latuit, que vel plane extinctum isset, vel certe ignoscere  
 nunquam potuisset, nunc assumpta virtute afflatur, in-  
 flamas erumpit, & novum fit animo decus. Quum pro-  
 de per inestimabile illud divinum donum — Virtutem —  
 animus ad meliora consilia & frugem applicatur, & aliter  
 atque antea sentit, omnes tunc nervos intendit, & operam,  
 quelibet virtutis precepta studiose sine colere, quamobrem  
 non sui tantum commodum & felicitatem promovere studet, sed  
 & perpetua illa cura apud ipsum excubat, ut publicam rem  
 salvan proficiat; ceteros fraterno amore amplectitur, eorum  
 salutem querit, ne inimicis quidem irascitur, sed ipsorum  
 solius incolumitas curae ipsi est, atque sic deest ad an in-  
 dia luem, si non restinguit, sedat tamen, sic gloria accumu-  
 latur, cuius non erat studiosus, sic laudes conciliat, quas non  
 captavit.

Fatendum quidem est, nullius fragis homines, & prosipua  
 nota inustus facta quandoque fixeri virtutis cultoris affecta-  
 re, quin et splendore interdum superare posse, dum pau-  
 peribus & miseria afflictis tribuere possunt, qua virtute ad-  
 leas largiri non potest, parum intelligentes & inepti gloria  
 illos afficere, laudibus ipsorum predicare possunt, hanc se-  
 ac virtute micantibus fit, sed gloria illa, nemo citius evanescit,  
 quam contra virtute nacta, caute Marpesia, firmior stat. At-  
 mus ergo agentis, non id quod agitur disquiratur necesse est,  
 in devia alius atque errores flectimur, qui horrenda pericu-

la interdum mixantur. — Quomodo vero recte facta ex virtute solummodo dignantur, sic et honores ex hoc tantum fonte dignitatem hauriunt. Ut enim auro a gemma suas honores, ita titulis a virtute. Quomodo nomine non satis laudata olim prudentia Romanorum, quod honoris templum intra septa templi virtutis sic constituerant, ut non nisi per hoc in illud cuiuspiam liceret ingredi, eo, quod existimaret, honoribus indignam esse eum, qui virtute non fulgeret. Ludibrio ceterorum vel odio enpositus est, qui illos sine virtutis admixtura virtutis admiratur, ut enim humilis infimo loco positus risum movet, si preliosa veste indutus est, quia non ipsum sed divitem decet, sic & honores non nisi virtute administrari conveniunt. — Pari ratione nemo nisi virtutem colens ex rebus sago loquax, magnifice praedareque gestis gloriam sibi vindicat, huic enim soli mens est, patriam adversus quemcumque irruentem hostem defendere, huic nulla unquam vis, nulla iniuria, nulla invidia labefacta; officiorum hic erga principem civemque semper est memor, non temere audent, nec inconsulte timet, quovis temporis momento vitam pro patria effundere, dulce aestimat, si commodum inde provenire existimat. — In hoc virtutis genere Romanos ceteras omnes gentes vicisse haud dubium est. Quantus et quam eximius pro adior, ut renue patriam defendendi, occupavit Horatium Corlicem? Is, in statione portus forte positus, tandem adversus confertas hostium copias adseruit, usque dum ex composito

iat a suis interruptus est. Larva erat praemia, quae  
 expectare a parco populo poterat, solas itaq; pietas  
 ad praetariam illud factum ipsam commovit. — Cum  
 porro proprium est virtutis, augere comòdum salutemq;  
 rei comònis, prono manet alveo, opera, utcumq; magna  
 & speciosa, his demum, qui cum bono publico fece-  
 runt, laudem parere ac gloriam. Quid enim tunc pro-  
 sunt ingentes lapideum moles, quid monumenta, quae nulla  
 temporis circumscriptio metiri videtur? nihil sane, quam  
 ut quom pes sine insularum monumenta fiat, & publi-  
 cus humana ambitionis character; si vero aedificia pu-  
 blicam mancorumq; alendorum causa extracta sunt, si  
 pecuniae ad edificandas scholas consumuntur, tunc de-  
 mum haec infucata gloria nascitur, quae republicae com-  
 modum agitur. — Ex eadem ratione scriptor solum eali-  
 nus solam gloriam capit, quatenus virtutis in ipsa con-  
 comitatur. Quam gravis tunc evictor vili, quamq;  
 utilis, tum ad mentem optimarum rerum cognitione  
 imbueudam, tum ad vitam innoxiosq; informandam, tum  
 imprimis ad artes humanitatis percipiendam, id ne-  
 mini litterarum amanti obscurum esse potest. Hic  
 enim suavissimas virtutis leges lectoribus cupit su-  
 dere, quae hominem ejusq; in malum proavam rehu-  
 ram non mulare modo, verum & novam facere po-  
 test. — Praeter hac habet id quoq; virtus, ut temporum  
 injurias nesciat, fortunae assaultum rideat in secula diu,

in adversis non colorem non animum mutat. In tempe-  
 state seiva quiescens, luceat in tenebris, & pulsa loco,  
 manet tamen & haret in patria. Splendetq; per se  
 semper, neq; alienis unquam sordibus obolescit. Invi-  
 diam superat, prope enim magnitudinis vera, non  
 se sentire percussam, sic immanis fera ad latrantem,  
 canem lenta respicit, sic irritus ingenti prope uli  
 fluctus assultat; et quamvis densa interdum cali-  
 gine virtutem obducant malevolentia, quamvis optime  
 sepe facta sinistra interpretationibus adversum tra-  
 hantur, non tamen diu latent, ut enim solis lux in-  
 tegra est, etiam si aliquid intersit, eodem modo vir-  
 tuti opposita nihil detrahunt, non minor est, sed mi-  
 nus fulget, nobis fortasse non aequè appareat ac nitet,  
 sibi eadem est, & more solis obscuri in occulto vim suam  
 exercet. — Cum ergo virtus, ubicunq; locorum sit, sive  
 splendeat, sive minus, omnium salutem in majus tollere  
 studet, cum nulla usquam vis est, que stimulum hanc  
 in ipsa extingueret potest, cum ea sola mentis corrigen-  
 da apta est, intellectu facillimum est, ob propriam  
 ipsius sibiq; inditam excellentiam, laudari optime mereri,  
 gloriam conciliare posse. — Mirum itaq; videtur, tantam  
 esse in hoc universo numerum, eorum, qui alibi gloriam  
 querunt; sed ex eo id explicare debemus, quid vera gloria  
 indoles ipsius ignota est, atque hoc altera pars brevibus  
 adhuc ostendet.

## P. II.

Omne mortaliū genus gloriæ avidiſſimū eſt —  
 at vero, quum unus tantus finis — virtus — veruſque  
 tendus ſit, duabus adverſis viis incedunt homines, in-  
 quarum una leviſſimi, & omni vitiorum ſqualore comacu-  
 lati, in altera errantes ſeductiq; obambulāt. Qui pri-  
 orem ſequuntur, viſe attentiorē merentur, quum etiam  
 en ſtultorum grege qui libet depravatas ipſorum de gloriæ  
 exiſtimationes reſettere poterit. — Sunt, qui laudem ex  
 eo capi poſſe ſtatuant, quod carum tempus comiſſando  
 potandoq; conterunt. — Sed qui quaſo eſt, qui vel minima  
 gloriæ dignos illos exiſtinet, cum hæc vitæ preſtis em-  
 mod non utilis eſt, verum etiam ab hominibus ſapient-  
 tiam arceſt, ſtudia honeſta impedit, & facit, ut turpi-  
 ſuſſis præferantur. Oneri etiam ſunt rei publicæ hæc  
 hominum preſtis, diſſipato enim patrimonio ſuo, qui ſa-  
 ſtentabil illos, quam ſtatum publicum? paucis enim  
 ex hiſce belluonibus ſufficiunt relicta a parentibus q̄s  
 ad ſibiendos inportunos animi impetus, at ſac, ut tanta  
 ſent amplitudine opes illoꝝ, ut dilapidari non queant,  
 is tamen fructus proſecto non proveriet, quem ſp̄tate  
 virtutis vir præſtiſſet. — Luxuriam quidam fun-  
 damentum omniſ gloriæ putant — ea vero inimica Deo,  
 inimica virtutibus eſt, conſcientiam inquietat, vitamq; ob-  
 breviaſt. Blandum malum eſt, quod invictum armis Han-  
 nibalem illecebris ſuis complexum, vincendum Romanomi-  
 liti tradidit, illa ducem vigilantiffimū, illa exerci-

tam acerrimum de iure largis, abundanti vino, lienis  
 lascivioris usa ad somnum & delicias evocavit.

Quid his ergo vitis foedius, quid etiam damnosius?  
 quibus virtus atteritur, victoria languent, animi &  
 corporis vires ex pugnantur, adeo, ut incertum sit,  
 an ab hostibus, an ab illis capi periculosius habendum  
 sit. Longe ergo a laude distant libidinosi, contra quasi-  
 ta coram gloria in infamiam convertitur. — Quan-  
 tum vero abest, ut gloriosum sit, elumbem & volupta-  
 tibus consertam vivere vitam tantum abest, ut honorem,  
 ex injuria ceteris illata, ducere quis possit; is enim sui-  
 nam omnibus mortemque machinatur, is rei publicae fir-  
 missimum fundamentum — securitatem — subruere  
 conatur, hunc quemlibet fugit & vidio habet. Cui ergo  
 fieri potest, ut ad factorum admirationem ab aliis profe-  
 re jure possit, quum tamen gloria recte tantum saltus  
 salubris est? Multo vero magis illum laudare fas, qui  
 illatam injuriam tolerat vel tacendo fugit, hic enim  
 patientie — dilecta virtutis filia, — praemium fert, at is,  
 qui offensioni omnibus est, ad vanam gloria fertur fe-  
 deriam, quia nihil in eo reperitur, quod vel umbram vir-  
 tutis prodal. — Transiens vero nunc ad eos, qui vitam  
 quidem hant ad omnem virtutis legem & disciplinam exi-  
 gunt, neq; tamen unquam omnino virtutem expellunt,  
 omnittam labes ac flamas rei publicae, quibus nihil



Leuius, nihil inquinatus. Occurrunt illico, qui inge-  
 niū præstantia, vi & acie neminem anteferre sibi  
 statuunt, qui exinde tantum sibi tribuant, ut laudem,  
 quavis in ratione mereri sibi persuadeant. Sed quæ  
 quæso fugit, veram gloriam in eo non comprehendit, quod  
 provida veram mater — natura — cui libet sortita est?  
 virtutum enim in intentione & crebriori exercitatione opus  
 est, si laus illico oriatur. Hoc vero opera eo redeat,  
 necesse est, ut non ingenium solum excolatur, veram  
 & virtus comparatur. Ingenia enim, sibi relicta, la-  
 durant, & in eis mali mores; si negligantur, ferita-  
 tem induunt, & rei publicæ, cui tamen causa crescant,  
 multum infortunii & detrimenti prædicunt — sed in  
 cruditione, fortassis regione, quæ late patet, illustrior, <sup>stans</sup> que  
 ritur? invenitur omnino, si rectam mentem comitem ha-  
 bet, at si illa deest, mirum, in qua devia flectitur do-  
 ctoria. Qui animi perversitatem cum studiis conjunctam  
 habet, rei publicæ vitendum auge novior esse potest,  
 si artes suas in ruina patriæ collocat; omnes enim artes  
 sunt tanquam gladius in manu furiosi, nisi rex &  
 imperatrix vitæ mortalium — recta mens — rationis da-  
 rum tenent. — Aliud hominum genus admirationem copu-  
 se existimat ex corporis membrorumque aequalitate & con-  
 gruentia. Incedunt sicut pavo, surrecta in orbem cau-

Da . Caudidus color, crines bene calamistrati, vestimenta ad optimam quodque exemplar confecta, omnem hominem absolvent, fieri ergo non potest, ut hoc modo gloria — virtutis fidelissima comes — capletur. — In gens quoque eorum numerus est, qui opum & honorum studiofissimi sunt, quod illos laudes gignere arbitrantur. Extra hominem vero posita res sunt, qua amico virtutis & inimico contingere possunt, que possessa onerant, amata inquirant, amissa cruciant. Neque vero magis ex rebus in bello feliciter gestis nascitur gloria, quamvis egregie victoriae pugnatæ, quamvis hostium cohortes fugatæ, quamvis ab impetu hostium firma & in concussa servata sit patria, nihil tamen minus creu fumas evanescent gloria si virtus desideratur. Dunc enim eodem animo strenuus ante patriæ defensor, signa illius relinquet, hostiumque castra sequetur, si ampliora munera apud illos expectare poterit. — Quum nullus ergo ex jamjam memoratis modis nominis famam collustrat, demonstrata res est, & omnibus numeris absoluta, virtuti tantum gloriam convenire.

Quodsi itaque famam entendere factis optamus, (& nemo hunc ardorem suppressere potest) si laudes facta nostra sublequi volumus (quod quisque avidissime petit) nosse tum profecto erit, divinam virtutem un-

plecti, unam amare, spirare, cogitare, ab ipsa sola  
pendere, cum ipsa vivere, eadem emori optare. Frua-  
mur illa, dum res & aetas, & atra trüm sororum fi-  
la patientur, fruamur magno illo in paranda ani-  
mi tranquillitate adminiculo, fruamur efficaci hoc  
in rebus adversio solatio.

FINIS.

Ex Linii loco

Oportet quo sunt inhonesta, non quasi illicita,  
sed quasi pudenda vitare.

Thema excerptit,

Honestatis studium non tam a lege, quam pudore  
duendum.

J. K. Kramer.

Th. C.

v. 5<sup>ta</sup> Augst.

1775.

#.

2507. I or

## DECOROSA.

Exord. In honesti diversa genera sunt & plures gradus;  
similiter & honesti.

Thema: Honestatis studium non tam a lege, quam  
pudore ducendum.

Quocirca duobus modis inhonesta vitari  
posse demonstrabo

uno: ut illicita; quod minus honestum, minus  
gloriosum.

altero. ut pudenda, quod multo honestius est, &  
gloriosius.

Ad I. m. P.

1., Hic explicandum, quorsum hoc omnino valet  
dictum; ut illicita tantum vitare mala.

2., Quare minus in ea honestatis sit, demonstrabitur.

Tales vero sunt rationes

a., licent nonnulla, nec decent

b., Possunt & mali homines legibus cohiberi

c., Qui legem unice respicit, pravitatem ipsius  
rei parum abhorret.

Ad II. m. P.

i. Ejus pudoris natura finienda.

2., Cui pudore omittere mala, laudabilius habendum,  
planum fiet.

a., Ut enim liberius quisq; facit bona, hoc melius

b., Primum semper res bona sit judicandum, dein  
an lex sit bona.

c., Ut fuerint licita, tamen fugere mala, com-  
munitatis animi indicium est.

~

457.

DIRECTOR EXCELLENTISSIME,  
Sociales Spectatissimi.

Inhonestam, quae id omnino ducendum sit, quod  
contra legem seu divinam seu humanam, suscipitur,  
& sint complura ad diffimillima actionum genera,  
aut proscripta aut vetita lege, quibus singulis  
omittendis vel perficiendis quis peccare potest: liqui-  
do arbitror apparere, Auditores, diversissimis etiam  
modis inhonestatem turpitudinemque admitti & con-  
trahi posse. Primum hoc igitur discrimen ab ipsius  
actionis, quam non suscipi aut omitti oportuit,  
qualitate resultat. Ne si inhonestarum actionum  
genera inde constituenda sunt, poterit generalis eorum  
distributio fieri, ex descriptione officiorum, quae tali  
adventur. Nimirum in omni actu illicito & pravo,  
inest iniquissimam officii violatio. Prout jam in  
universum quorumque officia aut Dei cultum con-  
cernant, aut ad hominum utilitatem spectant  
sive nostram, sive aliorum: ita triplex poni debet  
inhonesti differentia, ut, qui honestatem laeserit,  
vel eorum, quae numeni debentur, negligens sit,  
vel suis aliorumque hominum commodis non inpr-  
viat. Neque vero solum cadit in considerationem

factum ipsum, in quocumque aliquid largitudinis.  
 Sed ex constitutione animi etiam, in tale factum  
 proprias, alia occurrunt differentia. Diversis enim  
 causis in mala impelli solent mortales: nec mi-  
 nor est varietas facientium mala, quam factorum.  
 Hinc gradus inhonestatis possunt dari: Quanto  
 enim rariusq; animus, dum in mala ruit, corrup-  
 tior est, & in pravo obstinatio, tanto erit  
 maior inhonestatis illi proposita noxa. Caret  
 honestorum ratio. Quamquam enim honestatis ratio  
 aliqua multis inesse videatur, tamen si auri  
 ratio rem exigemus, multum interest, quibus  
 quisq; rebus moveatur, ut honestati studeat.  
 Egregie huius concenit Ciceroni dictum: Oportet  
 quae sunt inhonesta, non quasi illicita, sed  
 quasi pudenda vitare. Cuius dicti senten-  
 tiam, benigne Vobis audientibus, exponere iam  
 institui, ut vires meae halerint, demonstratu-  
 rus: Honestatis studium non tam a  
 lege, quam pudore ducendum.

Quocirca ostendam, duobus modis inhonesta vitari posse: uno, ut illicita; quod minus honestum, minus gloriosum: altero, ut pudenda; quod multo honestius est & gloriosius.

In prima vero parte Orationis, duo contrarij vides, primum, ut explicem, quorsum hoc omnino valeat dictum, ut illicita tantum vitare mala, Dein, quare minus in ea honestatis sit demonstrandum.

Laiusq; sero malum vitare tanquam illicitum vitaverit, manifestum est, non sequi eum, nisi legem; neque alia re ad obsequendam legi impelli, quam pœnarum, quas illa proponit, timore. Haque fuit recta quidem, quippe ex lege, sed recte faciendi animus deest, quoniam si lex non tanta faure rogeret, aut contraria permitteret, in quoque mala idem promptus esset futurus. Patet igitur, ut illicita duntaxat vitare mala, idem fere esse, ac contra voluntatem & gravate, iubente lege, & ex necessitate pœnarum, quo Deus facienti irrogatur, rebus bonis studere. duo fit dein, ut, quoties impune pravitatem se admissurum sperare



potest, ut poena lege statuta non terret amplius  
vitiisissima quoque sibi permittat, melius, solutus  
animo suo & ingenio corrupto libere indulgeat.

Eo quis vero non intelligit, utcumque honeste  
aliquis eo modo fecisse videatur, plurimum  
honestatis laudem iminui. Ad quo clarius patet  
tribus potissimum utar argumentis. In quo-  
rum numero primum illud est, quod licent  
nonnulla nec decet. Videtur quippe hoc esse  
libertatis humanae indoles, ut infiniti fere modi,  
quibus recte illa vel seius uti possumus, certis ac  
propriis legibus describi & comprehendere nequeant.  
Atque id valet potissimum de iis legibus, quae  
humano ingenio inventae sunt, quoque imprimis  
civilem constitutionem afferentes, injurias modo  
graviores, & quidquid publicam tranquillitatem  
salutemque civium perturbat, avertere & propul-  
sare solentur. Perque interim male tractari  
perire, unde, quamvis civitati ac Republica  
nullam nascatur periculum, maximum tamen  
singulis damnum provenit. Ad id genus maxi-

ma eorum pars referenda, quibus unusquisque propria  
 salus continetur. Quae quoniam tam cara civis  
 esse putatur, ut imperio legum, vique poenarum  
 nihil opus sit, libera plerumque nobis permissa  
 sunt. Neque vero civis, quod lex non vetat  
 magis deare existimandum est, quod in se habet  
 turpitudinem. Cuiusmodi illa fere sunt alimen-  
 ta corpori negare, aut, unde probeantur, non  
 quorere, etiam si lex non cogat dare. Porro,  
 mentem etiam facultates negligere, tempus otio  
 terere, inutilibus, audacis ac frivolis rebus om-  
 ne vitæ spatium transigere, bona effundere, in-  
 temperantia sanitatem corrumpere, vitæ quibus  
 tenet modis tuendo vitam abjicere, pravum con-  
 suetum peccatorum hominum consuetudinem  
 non fugere, & similia. Quae quidem omnia  
 sunt nocentissima, nec sine summo dedecore ac  
 probro ab ullo possunt fieri, licet civili lege  
 nulla poena statueretur, neque ullo quam  
 natura imperio diversorum imposita sit neces-  
 sitas. Ad hoc evidens est, qui solem legem respicit,  
 & quid illius rigore exemptum, si a natura reus  
 sit, infinita contra fas deusque admissurum.

etc possunt & mali hominis legibus cohiberi quae  
 secunda a me ponitur ratio cur parum honestatis  
 in eo inesse putem, quam quis mala tantum ut  
 illicita fugit. spectant enim eo leges de quibus  
 nunc mihi fermo est, e civili constitutione ortae  
 vel maxime ad externam praevitentem, cohibendam  
 pariter eo usq; boni maliq; subjuvantur ut  
 parere necesse sit. Quocirca ea solo obsequio  
 legum non laute qui boni vel mali fuerint,  
 dignoeris; quippe utriusq; pari obsequendi ne-  
 cessitate imposita. Atque etiam malorum homi-  
 num causa iam maxime leges institutas re-  
 viderim, quibus tali vinculo & severitate & ne-  
 ce opus est, ut ad ea facienda impellantur,  
 quo sponte sua facturi non fuissent. Haec  
 expeditissimum est, aliunde quam ex eo, quo  
 necessitate fit, atq; poenarum combinatione lau-  
 dem constare debere.

His tertiam rationem adjungo, quod qui legem  
 naive respicit, praevitatem ipsius mali parum  
 abhorret. Unus quisq; enim intelligit, ea mala  
 prodivem esse, qui nisi lex obstat, parit  
 mala. Sola igitur lex etiamq; severitas prava

cupiditates cohibet. Tollat aliquis imperium illud,  
 aliqui sal grave diversa corruptentibus, tunc  
 liberrimo cursu in quoque flagitia & scelera  
 ruent. Quodsi igitur in tali obsequio legum  
 honestas aliqua reperitur, ea fere tota legis  
 dicenda erit, nec illorum qui obsequuntur,  
 ut quorum voluntas uti a re bona, ita a  
 bona legis procepto semper alienissima est.

Alterum jam sequitur, quod supra posui,  
 ut demonstrarem, multo honestius & gloriosius  
 scire, qui mala ut pudenda fugiat. Eius  
 vero pudoris natura primo finienda. Talem  
 vero esse arbitror, quo animus recti bonique  
 notitias imbutus, principis veris subnixus,  
 ex se ipso, quid fieri conveniat, factu quid  
 turpe sit, colligit; constante & immota volunta-  
 te res bonas amore prosequitur, contrarias odio  
 habet & aspernatur; non expectato alieno impe-  
 rio, sed sponte in laudabilia incumbit, vitupe-  
 randa abhorret, ac vel nemini coercente vel  
 exprobrante, quodvis sedens flagitiumque fugit,  
 & utroqueque morum integritatem, vitio honestas-  
 sem & ipsius naturae dignitatem religiosissime  
 colit servatque. Duo intellecto planum fiet.

multo laudabilius esse habendum, pudore omit-  
tere mala. Ut enim liberius quidq; facit bona,  
hoc melius. Duplex quippe est bonitas, altera  
actionis, altera agentis. Ad potest actio bona  
esse, quanquam bonus non sit, qui facit.  
Ipsius vero hominis bonitas non tam ex  
his quo facit, sed ex facientis animo esti-  
mabitur. Quodsi omnino bonus dicendus non  
est homo, nisi veritati studuerit, omnis  
autem virtus in eo posita est, ut ex se ipso  
moveatur, ad faciendum, quod rectum ratio  
et convenienter iudicaverit: necesse est intelligi  
nihil a virtute & bonitate alienius esse, quam  
ex necessitate et imperio, velut in arbitrio  
fieri bona. Quare multo maiorem laudem  
merebitur, qui motu suo & proprio valens se  
proffiterit, qualem volunt esse leges, nec si  
diversa a lege, liceret facere, faciendi animum  
habuerit.

Porro primum semper, res bona sit, iudican-  
dum est, deinde an lex sit bona. Bonarum  
legum in universum ea ratio est, ut e rei

subdito qualitate, prout nempe, quod pro:  
 ceptum est lege, vel prohibitum, aut conve:  
 nit homini; aut nocet, pretium omne statu:  
 endum fit. Videlicet prudens legum labor  
 & providus & bonus, non sub legem vocat,  
 nisi quo ex utilitate publica & singulorum  
 dissoni necesse est. Quodis igitur actio  
 aliqua legi subicitur si sapienter lata  
 est vel ex hoc intelligendum, conduere fit,  
 & si ferus fiat, malum inde proventurum.  
 Ex quo facile quisque potest perspiciere, quam  
 legis ferendo causa unice fit ipsius rei  
 salubritas, rectissime eum facere, qui priusquam  
 se lege querat, de rei ipsius qualitate dissi:  
 nit. Neque vero idcirco faciet bonum, quia lex  
 cogit, sed potius quia in se tale est, ut non  
 deus facere expediat.

Utque fuerint iusta, tamen fugere mala  
 emendationis animi indicium est. Namque  
 constat inter omnes, emendatus eo homine  
 nihil cogitari posse, qui data etiam male  
 facendi facultate, non facit nisi bonum.  
 Atque id fere solum est ex quo cognosci possit,  
 quousque emendandi & perficiendi curam quisque  
 habeat. Nempe in hoc solum perfectio

animi vernitur, ut adeo a malo avocetur & abstra-  
 hatur, ne sibi indulgeat vel permittat quodpiam  
 mali, etiam si nulla vis abstiterit, quo minus  
 id peragatur. Quo animo si fuerint homines, aut  
 nullis aut certe non tam multis legibus opus  
 foret. Nimirum ultro & sponte facientes, quae  
 sunt legis, legibus non egent; quoniam ratio  
 & natura rectaque mens ipsi inftar legum est.  
 Atque multo etiam preclarior institutum foret,  
 si incorrupti mores & emendatio animorum, te-  
 gum ferendarum necessitatem constringeret.  
 Neque enim minus recte agerent homines & li-  
 berius, quod quum faciat, qui mala ut  
 pudenda fugit, satis de hoc me dixisse  
 arbitror, quare laudandi amplior materia ex  
 eo probeatur, quum quis pudore ductus, quum  
 quum lege coactus in rebus honestis operam  
 navaverit. Adeoque verum est dictum illud:  
 Oportet, quae sunt inhonesta, non quae  
 si illicita, sed quasi pudenda  
 vitare

Ex Plenii dicto

Infidelis recti magister est Metus

thema excerptit

Bonum et rectum haurit quemquam  
fieri metu

J. G. Herzberg

J. V. St.

D. 25 Sept.

1775.

255 JI, 02



## Oeconomia

Thema: Bonum & rectum haurit quemquam  
fieri metu

Video, duabus partibus propositum contineri

I. ut, qualis debeat esse, quem merito rectum  
dicamus, explicem

II. ad hoc parum prodesse metum, demonstrarem  
ad I<sup>am</sup> P. oportet autem eum

1. recta intelligere, Huius scientiae veritas ac  
vita constat

2. velle recta Voluntas illius est serium  
efficax in motum qz faciendi propositum

3. recta facere

ad II<sup>am</sup> P. Metum illuc nihil conferre, sequen-  
tia docent.

1. intelligentia recti metu non efficitur

2. neque gignit amorem recti metus

3. recte facta omnino putanda non sunt  
quae ob metum fiunt.

469.  
Director Excellentissime,  
Sodales Aestimatisime,

Non tam sinister constitutum est, ut hominem  
viderit ulla atas, qui res, quas natura genuit,  
viluperare et sine laetitia cum admiratione  
permixta aspicere potuisset. Homini facultatem  
percipiendi voluptatem instillavit  
natura, nec deest occasio, ubi id ardens desi-  
derium tenere ac restringere potest. Abun-  
dat sane fœtusque bonis rerum natura, qua  
ad vitam et gratam et jucundam nobis  
reddendam valent. Omnia, quae in fortuna reg-  
no existunt, divitias, honores, gloria, quae vir-  
tutum cultores ab oblivionis injuria vin-  
dicat, minime despicienda, sed in bonis numeran-  
da sunt. Quod vero, interrogat quisquam, quod  
inter tot tantaque bona agmen ducit ceteraque  
dignitate et honore superat? Respondeat  
ille Romanus Philosophia cultor Cicero,  
nichil, inquit, est amabilius virtute, nihil  
quod magis alliciat ad diligendum, virtus  
pluris aestimanda est, quam ulla possessio

ulla vis auri et argenti. Nullus ergo non e  
 partibus virtutis erit, certatimq; ejus amici:  
 tiam mereri studebit. Hic autem, ornatis-  
 simi, sibi contradicere videtur natura  
 Dantur homines, qui bono malum, felicitati  
 perniciem, voluptati molestiam arte ponunt  
 Inveniuntur, quos ad virtutis cultum trahere  
 metus, abigere oportet. Nec blanda virtutis  
 facies, nec bonorum, qua eam comitantur, enu-  
 meratio eorum animos tangere et commovere  
 possunt. Servile autem ingenium, homo ho-  
 minum consortio indignus sit ne esse possit,  
 quem solus metus ad virtutem amandam  
 impulit. Ne boni quidem suntilla, nec hu-  
 mana natura vestigium, nec sui originis  
 indicium ei inesse potest.

Iterum, aestimatus sum Auditoris,  
 ad vos differere mihi contigit rursusq; ex  
 Plinii scriptis orationis de promsi argumen-  
 tum. Senatus et rei publice aut horitate  
 Trajano Principi publice gratias egit Plinius  
 Ut Principis rerum gestarum dignitas e ma-  
 gis illuceat, Principum, quibus successores,  
 secula revocavit ac inter eorum et Trajani  
 mores comparationem fecit. Illos metu ex-  
 primere, Trajanum autem beneficiis civium  
 amorem

promereri studuisse, ostendit. Cujus rei contem-  
 platio eum affirmare coegit. In fine eadem recte  
 magistrum esse meliorem. Quam Plinii senten-  
 tiam esse exploratam, Bonum qui ipse et rectum  
 hant quem quam fieri metu demonstraturus in  
 priori orationis parte qualis debeat esse, quem  
 merito rectum dicamus, in posteriori autem, ad  
 hoc parum prodesse metum, docebo. Abs te ergo  
 Excellentissime Praeses, vobisque Aestiva-  
 rnatissimi Sodales, ut meam oratio-  
 nem indulgentibus animis excipialis mi-  
 hig, exigui temporis attentionem ne done-  
 getis, summo opere contendo. Selecta quidem  
 materia dignitatem audientiam mihi fac-  
 turam esse, hant dubito, nisi videret, ne  
 ei quid dignitatis decerpserat orationis genus  
 attamen vestra jamjam experta benevo-  
 lentia confusus impavidus meam ordiar  
 orationem.

Homines animi bonitatem judicantes plerum-  
 que falli, attenti videbimus. ut in-  
 genia sic etiam de hac re differre videntur  
 judicia. Boni rectique veri natura autem  
 distincte intellecta rem facillime confue-  
 mus. Nil nisi, quod hominis finis, quem ei at-  
 tingendum

attingendum natura profuit, convenit, bonum  
 rectumque dicere fas est. Ex hoc vero appa-  
 ret bonum rectumque virum recta intelligere  
 oportere. Consensus enim, quem boni defini-  
 tio involvit, perfectionem quandam desi-  
 gnat; fieri autem potest, ut ejus intelli-  
 gentia carentes consensum fingamus  
 et adesse, ubi abest, credamus. Neque hanc  
 rem ipsam sed umbram tantum, interdum  
 etiam rem bono oppositam appellantes  
 prosequimur. Quum errore ducti res, quae tan-  
 tum apparent, bona credamus, eas appe-  
 tamus necesse est, mala nos appellere  
 error, qui ea genuit, absurde docet. Ne autem  
 ei intelligentiae vita et efficacia desit;  
 multa enim alia adhuc mala, in bonorum  
 numerum irrepere conantur, quae nisi quis  
 bona rectaque distincte cognoscat, sub aliena  
 forma in incerta deo aq; itinera abripere  
 possunt. Fingamus nunc hominem, qui bonum  
 a malis, a malis etiam, quae boni formam indu-  
 runt, discernere didicit, si voluntas non acce-  
 serit, ne quid proficiat. Quod quis sibi facien-  
 dum vel omittendum proposuit, dicitur propositum

Quod propositum ex cognitione ortum, quam  
 invenabilem vocant, que adeo firmis nititur  
 fundamentis, ut nunquam in voluntatem amit-  
 tat imperium, serum appellatur propositi-  
 tum. Quo distinctus ergo semecognoscimus  
 bonam, quo clarior ea cognitio, eo magis etiam  
 nostram flexit voluntatem regitq;. Quid  
 enim fluctuans mobilis que voluntas efficit?  
 Ille antiquos mores exuere novumq; ingeni-  
 um induere suscipit, invitante autem  
 voluptate, qua stus intuitu seu alia re le-  
 visimi quoque momenti ad velus ingenium  
 redire cogitur. Appetiamus contra bonum  
 rebumque virum hoc venerabili nomine  
 dignum nec calamitatum affurgentium  
 aspectus nec malignitas veneno tenota, nec  
 atra paupertas, nec ulla humana tem-  
 pestas eum ab optimis deterret atque  
 quominus perseveret amare virtutem im-  
 pediet. Non ullam sine labore virtutem  
 esse et opus esse sudore, quis quis eam af-  
 sequi velit, ex ejus animo nunquam efflu-  
 it ideo que et nititur, pugnat, luctatur.  
 Ex omnibus quidem pugnis superior non exi-  
 bit, humana infirmitate non nunquam

Depressus virtutem deserere videbitur, inte-  
 gro attamen erit animo nec voluit nec etiam  
 virtutis violavit sacra. Minima virtutis  
 offensio majores ei adjiciet vires. Reoca-  
 tis audisque viribus bellum inferet citis-  
 simo regno usque dum ejus imperio, quate-  
 nus humana natura capit, positus est.  
 Ne autem boni rectique viri simulacrum  
 nimium mancum sit et recta facere,  
 paucissimis videamus. Vir, quo se totum  
 tradidit virtuti, eam et sequi, imitari  
 ac exprimere studet. Non anguli finibus, cui  
 cum nascendi conditio adseripsit, virtutis  
 fructus & opera circumferibit sed et majori  
 rei publice prodest. Virtutis via declinan-  
 tes reducit, beateque vivere docet, amicos  
 consilio adjuvat et inimicis ferre operam.  
 Divitias, quas largita ei distribuit natura  
 ut virtuti suae subministratam materiam  
 aspiciet, appropinquantem calamitatem  
 impacito immotoque excipit animo, tolerat nec  
 se deprimi patitur. Alienis miseriis tanquam  
 occasione animam suam explicandi utitur.

nec suo solum, sed et futuris seculis prodesse  
 cupit. Ne autem cum eventu ejus actiones  
 semper metiamur. Coarcescit nonnunquam  
 optimus, quem attingere speraverat,  
 fructus, nec tamen ideo quid dignitatis  
 amittit. Cogitemus potius illud aucte Sene-  
 cae dictum: Illustrata est virtus per  
 ea ipsa, per quae petebatur.

Nunc ad posteriorem orationis meae partem  
 transe, in qua metum ad animos emen-  
 dandos parum conferre, docebo. Metu agere  
 dicimur, si exteriori quadam necessitate  
 adducti ne quid a verbis nobis accidat, ad  
 quid agendum vel omitendum commovemur.  
 Boni rectique intelligentiam primum ac-  
 quirendam esse, supra ostendi ideoque an  
 ea intelligentia metu produciatur primum  
 videamus necesse est. Qui hanc sententiam  
 soveat, puto fore remissum. Adeo enim tri-  
 ta vulgataque est veritas, judicium sub  
 imperio non esse, ut verba eam demonstrata  
 auribus vestris nimirum gravia essent.  
 Unde fit autem, ut homines inveniuntur,  
 qui metu tanquam flagello ad virtutis cul-  
 tum



alios abigere volunt. Inas id efficitur rationes  
 puto. Aut anima virtutisque naturam adeo  
 ignorant, ut media fini contraria adhibe-  
 ant aut rationibus, quae ad imperata facienda  
 commovent, carentes, non inquirunt praes-  
 tari volunt obedientiam. Metus licet regat  
 corpus, ejus tamen imperium anima nun-  
 quam sustinebit. Libertatem insitam sem-  
 per vindicabit nec nisi rationibus se regi  
 patietur. Nec gignit amorem recti metus.  
 Intelligentiam recti metum producere non  
 posse, ostendi, prorsus inde fluit alio, neque  
 recti amorem. Alicujus rei cognitionem aut  
 amor aut odium sequitur. Quomodo autem  
 virtutem quis diligat, qui ejus praesentiam  
 et quid ipsa valeat, ignorat. Odium contra  
 potius progignit metus. Ad virtutem eden-  
 dam coactus in virtutem in se ipso animo  
 atque inimico erit. Virtuti se amicum ore  
 profiteatur, ejus memoriam cultores que  
 si ei esset potestas exstingueret funditusque  
 deleteret. A verbum ejus cum capisset odium

quod tot tantasque voluptates ei eripuit,  
 quas ex actionibus virtutis contrarius percep-  
 turum speraverat. Nunc eo minus ejus  
 amor in eis accendi poterit, quia ne ejus for-  
 nam cognoscere multo minus naturam  
 cooptare cupit. Quamquam denique inso-  
 lentius jactet melius, quod bonum rectumque fa-  
 cere cogit, non tamen reportabilis palmam, quae  
 recte facta omnino putanda non sunt, quae ob-  
 metum fiunt. Cogitemus hominem, qui ad vir-  
 tutem trahitur, nonne omnis cornesit liber-  
 tas omnisque ad eam relatio. Poenas, vel lu-  
 cri cuiusdam jacturam, haud vitiorum  
 turpitudinem effugere studeat et nisi eligere  
 cogeretur et una cum illis commodis se  
 vitiis inquinandi daretur facultas, vitiorum  
 jugum nunquam a se repelleret. Quid  
 autem dico? Si nemo nisi sapiens et virtutes  
 amicus liber esse potest, vitiorum seroi-  
 tatem ejusmodi etiam actiones committens  
 seroiet. Absced enim, qui ad huc ei bonum ex-  
 torserat, non amplius virtutes cultorem sed  
 dedecori et turpitudini parentem respiciens

Ex ingenio et liberali animo profluunt actio-  
 nes, ex ardenti cupiditate officii & religioni  
 satisfaciendi, ex desiderio animi tranquilli-  
 tatis, qua virtutes premium, merent, si  
 bona rellaque jure volunt appellari. Nec  
 minantibus poenis, nec ullo metu genere  
 opus est; ejus non nomen solum a serpes  
 sed quid sit, quid valeat, cognosces et  
 amabis. Quis est tam ferreus qui virtu-  
 tem non diligit, quo non ut res humana  
 fragilis et caduca est, qua contra exstingui  
 emori que non potest. Quae, si omnia  
 nos jam affluentia bona fugient, coeli  
 aditum aperiet, efficit que ut corpore  
 clausi in sempiternarum voluptatum  
 sedem velocius pervolare Numinis que  
 aspectum ferre possimus.

Dixi

Comentatio  
In Locum Seneca:

Multos morbos, multa secula fecere  
F.C. Flachof.

27. April 1775 - 2587. III, 17m.

479.

Quum nihil sit convenientius homini, quam secundam na-  
-turam vivere, summa cum ratione mixtus, qui fiat, ut  
tam longe homo a natura recesserit, nec quidquam magis  
ei propositum videatur, quam plerumque facere contra na-  
-turam. Nam si vitam hominis, qua naturae est, ac singulas ejus  
partes paullo diligentius excutias, longissime a natura  
abesse apparebit. Quotusquisque intra justos naturae li-  
-miter, et modum ab ea profectum, consistit? Alia, non  
eo que natura jubet, profectur, et infra modum sub-  
-sistunt, alia excedunt, et longius quam fas est procedunt.  
Modum illius quod in omni saepe genere beatissimum a sa-  
-pientibus judicatum est, sanissime obsequatur. Itaque, quum  
sit a natura, repugnans legi iustandae sit, qui in  
nacti sunt, juvenes senesque communem geritorem voca-  
bunt, quia omnes beant. Sat clare itaque, Audi hinc spe-  
ctatis, simi! percipitis, quantus a tali principe in uni-  
versam rempublicam manare fructus possit, quanta in  
patriam salus, in populum felicitas, in civis splendor  
& decus, in leges auctoritas, in omnes denique quarta pan-  
atque tranquillitas, vidistis, cuius principis prudentiam  
atque virtutem totus populus egregia comoda parat, vidi-  
stis tandem, qua merita sint ab eo abluenda, nunc  
paucis adhuc collustrare ceterandam, propterea superius  
in quo tanta emicuisse.

II. Pars. Magnorum virorum & principum post mortem pra-  
mia tanta sunt, ut in terram patrata merita exaequant.  
Amplissemus eis campus honoris apud posterum patet,  
qui ipsis laeti benedicunt, cineremque eorum sancte veneran-  
tur. Fruantur illi bonis, quae per ipsos assecuti sunt, &  
dum capiunt grata memoria pristinae benefactorum  
memoriam julii, pace exultant, quam salubres leges ge-  
nerant, & placida dormiunt quies, quam princeps pe-  
perit. — Res, quae in imensum creverunt, autorem revocant  
qui, quidquid ingenii virtutumque a Deo datum est, in salu-  
tem civium collocavit & prosperitate. Laus, quae partici-  
pes auctae felicitatis eum prosequuntur, meritis apta est

hic non inflat falsus affectus iudicium, non blandiuntur  
 ex ignorantia, nec gloriatur effusius temere. Nec  
 ipsa loquitur, & amplissima opera, quae inde ortum tra-  
 xerunt, haec dum sole affulgentur, praedicant celebrantque  
 clementiam suam regionis moderatorem. — Omnes ii, quo-  
 rum miseria per eum ablata est, in exhaustis erant  
 in laudibus benefactoris, sistitiam seriam administratio  
 & malorum morum evulsio clare loquentur, & communis  
 denique omnium amor post obitum gloriabitur. — Suc-  
 cessori anxie acclamabunt, ut dilecti arte cessoris  
 vestigia insequatur, imitantes Romanorum mores, qui  
 Augustum Trajanumque omnium exemplar exproserunt,  
 & novo impetu eorum fortunam pariter ac moderati-  
 onem a Diis efflagitarunt. Non prosunt fore aliud  
 huic ab simili regimine pati, sed de mutatione illius semper  
 solliciti sunt, arbitrantes, principum futurorum nemi-  
 nem fore esse extitutum, in quo plus quam in de-  
 functo, clementia esset ac humanitas, proprio illi  
 natura munere ad sublevandos eos missum, & cum eo  
 aliquem eorum parare virtutes amissi non finire. Sed  
 eo etiam sincerius eorum gaudium erit, si pari via in-  
 cedere, regni heredem videbunt, tunc non atra curatam  
 nubes frontem involvet, sed iocunda omnes exhilarabit,  
 ego iustissimum iurabuntur, qui continuari eorum  
 Felicitatem voluit. Eum porro laudibus persequen-  
 tur, qui super successorem docuit, & ea manifestavit,  
 quae adultus non foret ab assertatoribus auditurus.  
 Beati civis per te plurimum bonorum communem fontem  
 filius minoribusque indicabunt, & praestantia facta memora-



tur; praecipiant illis pia memoria reservare, quae felici-  
 oia parentibus contigerunt, & colere eum, cui hac cura  
 fuerunt condico. Toda vita pius gratibus abundabit,  
 quibus principis causa orantur, & seris cavebitur, ne do-  
 lone afficiatur adhuc sacer defuncti cinis. Adoptam pro  
 spectatam apud alienigenas etiam decantabatur, in  
 quorum ore iam atq; sermone refertur illustres hujus  
 principis res gestae, quasi ibi omnia languent, omnia de-  
 ficiunt, iustitiae cultura desideratur, perfidia, rebellis  
 animi majoram regnum presunderit, & in latrocinia spe-  
 lucam transmutat, tunc inviderebunt ut proximorum  
 felicitatem participes quo fieri, & in comoda sua dedi-  
 nare optabunt, precibus Desipi exorantes, ut pari eos  
 gaudio ac emolumentis frui sinat, moderatori suo pra-  
 cepta ista salubria proponant, quae vicinos beatant, &  
 susplices orantur, ut ad normam imitationem se compo-  
 nant, iustitiam studio flagret; convenient deique inter-  
 se, & omnem lapidem movebunt, ut superba quies-  
 redeat, quae tandem infelices eos fugit. Si vero idem  
 benignus sol eos affulget, & paribus divis dotat, tunc  
 eo erunt letiores, quo communior felicitas. Testatur haec  
 omnia largis sine ad astra sublatus principem, ejusque  
 vicam fovet memoriam; praecipue vero in oratione aliter  
 cum donat historia — testis temporum & meritorum at-  
 tribra. Inter paucos alios, qui eandem cum eo laudem  
 partiti sunt, dilude constituit, & posteritati votum illud  
 entorquet: utinam plures parva natura manus donaret,  
 haec vero si virum magnam nulli vili, pro magna annona  
 serie largitur, ut quo cariora haec sint ingenia, eo in-

peritus veneretur posteritas. Historia imaginem non  
 corporis ipsius, sed virtus, sed consiliorum, sed animi ad  
 minores transmittit, & exemplar non in aere aut ferro  
 non picturae beneficio, sed in litterarum monumentis  
 immortalis rerum factorumque copia delineatum, omni-  
 bus spectandum exhibet, & ad virtutem ejus imitan-  
 dam in credibili quodam glorie studio a seipso cumis  
 immortalitatis amore accendit. — Haec omnia justam  
 magnamque principem emori non sinunt, sed repetunt  
 ex antiquitate & oblivione. Ad calcar regnantibus omni-  
 bus fieri acerrimasque stimulas potest ad eadem ten-  
 sanda & suscipienda, ut eadem consequantur; habeat  
 nomen divinum, omnibus terris civibusque huic similem  
 principem donari, subeat, ac vasa relinquatur ista  
 quae delineati, imago, sed amulos velit nasci.

530.

## Locus Linu.

Nullum est magno Principe, mortalitatem,  
merito, dignis implendi genus, quam  
quod erogatur in posteror.

Thema inde desumpt.

Et multorum vitium est hominum, presentia  
modis sperare, sequentia negligere.  
quodq; exponit.

J. C. Kramer.

1717. Id. 1718. Id. 1719. Id. 1720.

Thema. Cura posterorum, ut in pri-  
vato, ita magis in Principe  
laudanda. &c.



# DIRECTOR EXCELLENTISSIME,

533.

Sodales honoratissimi!

Si, quo plurimorum hominum vita, quo agendi cogitar:  
Dij, ratio sit, intuemur, haud leve id vitium esse apparet,  
ut presentia modo spectent, sequentia futuraq; negligant.  
Atq; egregie etiam sibi in hoc consiliose videntur, quum  
in presentia, quibus fruuntur, bona utunt, sibi comparant,  
mala profligant, & ad breve tempus prosperitati comoritatq;  
sua quocunq; modo fruunt. Itaq; his unice conquirendis  
intenti, quo presentibus vita comoda & adminicula continere  
videntur, futuram omni prosidio destituunt. Idq; tum in omnes sine  
stages hominum. tum imprimis juventutem cadere solet. Nam  
quid agat illa stas, quo referat cogitationes & desideria, si  
diligentius quoratur, id pleriq; propositum esse facile poteris  
intelligere, ut in presentia iuunde & moliter & comode vitam  
traducant, luxuriandoz, ac libidinibus, suo quisq; ingenio in-  
valgendo tempus consumant. Quod quum faciunt, futurorum  
cogitationes fere amittunt, nec quidquam pensi habent.

Atque sic spatium illud, quo vel maxime futuro ac  
conspicuis felicitatis prosidia parari fas fuit, ubi trans,  
currit dies alius post alium effluit; insequuntur anni, quorum  
fructus omnis ex vita ante acta petendus est. Namq; mor-  
cent, egent; squalor, luctus, & gritudines, maceror, inveniunt  
feroz, subit, paupertas levitatis temeritatq;, quo olim invidit,

ut profectum modo fesset rerum angustiis terminis. omnem  
 ipsorum curam circumferrent, nec securura perasperent anime  
 nec sapienter prospicerent. Sed quum illius ea sit latitudo  
 ut varii alii, in diversi generibus huius pecuari possit.  
 Eodem referendum esse arbitror, quum quidam sibi unius  
 suisque rebus providere comitatur, veloque munere se satis  
 fanitum existimat, si sibi viderit, horum male ratione  
 habita, qui post se vituri sint. Cuius rei perversitas  
 & noxia, quemadmodum in privatis, ita multo etiam  
 magis in Principibus merito velupabitur. Horum  
 quippe proprium illud est, salutis publicae fundamenta  
 tam firma tamque solida parare, ne unius ari brevitate  
 corvelli queat; sed ut prosperitas quoque felicitatis sua auctoritas  
 quorum prudenti imperio fundata est, grata memoria ac  
 prosequatione prosequatur. Ad argumentum auribus vestris  
 dignum existimari; quare animum ego iam induxi,  
 ex viribus ingenii mei demonstrare.

Curam posterorum, ut in privato, ita magis in Prin-  
 cipe esse laudandam.

Huius vero Indolem et Proflantiam cavendam.

Indolem eius vero quam complector animo, magre coram  
 copia mihi offertur, quibus eam dulcari posse sperem.  
 Ante omnia illuc referri mereatur, quod ad ingeniorum  
 cultum & efformationem pertinet. Nam, quum ea

omnibus bonis, quae mortalibus data sunt, nullam majus aut  
 probabilius habeatur mentis ingenio; manifestum est, hanc  
 esse nobilissimam omnium iram, quae ad ejusdem ornamenta  
 & decora refertur. Neque enim alia vera salus effici potest, nisi  
 prae animus ita formatus fuerit, ut illi fruendo habitus ido-  
 neus evadat. flumina sunt atque continuis mutationibus abnoxia,  
 quae extra hominem ponuntur; stabili suavitatis, felicitas  
 ab ipso homine ordiatur neque est. De quo cognitum est plu-  
 rimum gentium experimentis, quae velut squalore & probro  
 & contemptu sepulta jauerant, donec literarum luce illustra-  
 rentur immanes ingenia a feritate, ignorantia atque dedecore  
 ad disciplinam cultum humanitatemque essent traducta.  
 Hoc ingeniorum efformatio bonarum artium studia, summa  
 immensa comoda universis gentibus afferant, tum illud proci-  
 pue, ut viribus suis ad bonis quae suppetunt recte & salu-  
 briter uti discant. Ejus rei Exemplum huic saeculo prae-  
 busti Russorum gens, olim barbara, inulta, ab humanitate, iero-  
 rumque Europae populorum similitudine remota, unius Principis  
 ingenio & cura transformata, jam de principatu aliquando  
 cum ietheris certatura. Quod nisi intelligentissimus Princeps  
 primum suo, deinde civiorum suorum ingenio tam solentem  
 tamque assiduam iram adhibuisse, institutisque suis civi-  
 tatem velut de novo condidisset, nunquam sane eo ampli-  
 tudinis fuisset perventura. Tam expeditum est & usu  
 verum confirmatum ex ea ira & sollicitudine quae  
 non in profectum modo, verum etiam futuram



fertur salutem, ingenia primas procurrere partes.  
 Secundum locum occupant, quo ad firmitatem  
 roboremque corporum spectant. Civitatis enim vigorem  
 vires ex hominum multitudine effluere oportet, nemo  
 infirmabitur. Quoniam, quidquid ad sanitatem tuendam,  
 ad morbos, equitatis, perites arcendas ac depellendas valet,  
 id vel maxime ad Principis animum & curam pertinere  
 manifestum est. Ecquis non intelligit, plurimum in hoc  
 valere posse sapienter instituta? Nam quum plurimum  
 ferè morborum origo duenda sit, aut morum pravitate  
 & luxuria, aut ab ignorantia earum rerum, quibus inest  
 saluberrima medendi vis, aut ab inextinguibili prosperam  
 curandi usu, nihil omnino antiquius debet esse bono  
 Principi eo, ut tam persisteri mali causis delectetur,  
 promptaque adversus ea, quo vitium vitam & corpora  
 presumunt remedia atque auxilia inveniantur.  
 Quomodo in uteris rebus, ita in hoc etiam potestatis  
 semina est & maxima virtutis vis. Ea quippe mores homi-  
 num vitamque omnem ita instituit, ut a noxiis rebus sibi  
 caveant, prava omittant bonique studio conicebantur.  
 Itaque nisi virtutis proceptis imbuerentur animi, his  
 assuefiant, ut sponte sua in bona levitent, omne su-  
 dum omnino cura vel optimum Principem locustabi-  
 las. Utque eo necessarium est, ut virtutum enervationem

quoque modo juventur, & quocumque illuc tendunt, summa  
diligentia, summoque opere promovantur.

537.

Inde porro illud quoque commodum oritur, ut industriam civis  
collocent honoribus, artibus studeant. Ea est civitatis ratio, ut  
florere nullo modo possit nisi unusquisque pro virili parte  
boni aliquid ageret, & in tanta earum rerum multitudine  
quibus salus publica continetur, pro ordine veluti deservi-  
tis & partibus muneribus, quod cuique proprium esset, illuc  
contribuat. Duo negotiorum communicatio contraria ac  
mentis & corporis perpetua agitatio, uti fingalorum,  
commodis, ita communi omnium bono convenientissima  
est. Ex diverso vero communis civium peccata est otium,  
desidia atque inertia. Torpent corpora, hebet ingenia,  
diffidit denique civitas. Exhaustis opibus ac viribus que-  
rantur posteris, miseris & calamitatis heredes, & ab his  
progenitor esse, qui salutem suam providere debuerunt.  
Neque vero potest unquam desse industria incruentis occatis  
aut materia, modo rebus moderamine & institutorum sa-  
pientia prospiciatur, ut sua cuique promissa contingant  
neque laboris fastidium ex ingrato opere quominus valeat.

Jamque incidimus in uberrimum fontem civium facultas  
ter augendi amplificandique. Industria enim hominum  
& solertia paranda sunt opes divitiarum. Neque cali-  
temperies, nec soli ubertas nec beneficentia natura

tanta esse potest, ut, si desidia insueverint, quibus hoc  
 curata data sunt, si oblata & obvia & in medio exposita  
 bona negligant, si beneficam naturam laesificantur, si  
 torpor & operis vacatio incedat, egestas, inopia atque mi-  
 seria arueri prosit ac removeri. Exemplo possunt esse po-  
 gentes, quibus natura amplas thesauros velut montium  
 ferro sine reconditos concessit, quo his omnibus in tan-  
 tum vix iurantur, ut necessitati propriè subveniant.  
 Quippe inertia, invidia & ingrata tanti boni neglectis  
 fuit, ut aut omnino non requirant, aut non recte utan-  
 tur. Quare non potest ulla res magis convenire Principi  
 sollicitudini, quam eo intendere animum, ut vate aves  
 facultates parare & amplificare doceat, neque impen-  
 sis aut sumptibus parcet, quibus major oportunitas  
 & blandiora invitamenta iisdem probentur.  
 Quod curata sunt ad augendam civitatis eorumque magnitudinem  
 ac civium salutem aperitissime tendunt, ita non unius  
 status spatium finiuntur, sed ad postereros minorumque eunt  
 futurorumque simili necessitates prosurgant. Quare sapienter,  
 ut eiusdem iura prosperitatem atque utilitatem qualis  
 publice privatimque ornatur exsequar.

II. Est autem omnino conveniens; hoc, qui prius vivunt,  
 consulere pro vituris. Eum quito esse naturæ ordinem,  
 ut quibus posterius vivere contingit, partem ardeat:


quam suo salutis his debeant, quibus prius contigit. Parum enim foret nasci ex illis, nisi illa nascerentur, ut nascendi praeterea simul consequerentur. Duo causa potissimum est, quare apud civitas fere gentes disciplina & capitalium vultu omnia equum patet, ut parentes & liberis suis prospiciant. Tumq; demum officio suo fundi existimant, quum provisum effectumq; ab ipsis est, ut et vito & salubris coram, quos ex se natos relinquunt auctores possent haberi.

Porro quam excelsum sit & magnum omnino prospectu: bus haud omisit, futura quoq; complecti animo: ea posterorum cura nihil prostantius aut dignius homine dici potest. Ipsa natura hunc finem potissimum humani mentis facultatem indidit, qua futura conjicere valet, ut ex suo aliorumve comodo futuris & provideat. Quis non humilis & adjecti animi esse confiteatur intra angustum prospectus temporis spatium contrauo volvi, nec surgere animo & promovere postq; ventura prospicere. Quod quid negligit, deterioris ferè est conditionis, quam cetera animalia ratione carentia, quae quem in prospectibus unice defina sunt, eam habent naturam ut prospecta iidem sufficiant. Longe vero abani esse conditionem hominis quicq; intelligit. Qui ne in prospectu quidem satis felix esse potest, nisi & futura

contemplatur. Ac si consideremus, quid malorum ex neglectu futuri oriatur, & quantis incommodis, omnibus & calamitatibus implicentur ii, qui presentia solum & oculis subjacentia spectantur; evidentissimum intelligi neque est, ut futura etiam precaveri & comprehendere valeat.

Et quum privatus quisque, tandem ex eo amplissimam mercatur, quos suis diligenter providet, & in his quo suo genli conducere videntur, operam ac studium collocat, principale imprimis ac vere regum existimabitur in principe, civitatem & populum infirmitatibus habere equo salutem, quam fieri potest longissime prorogare. Accinamodum principes pro ceteris hominibus in hoc potissimum emineat, quo amplior eis conversa est generi humano beneficii facultas, & ab hac ipsa causa reliqui mortaliu tanquam jure suo ab illorum imperio curaque salutem ipsorum expectant. Ita summa coram dignitas atque majestas magnificentissime exspectantur, ubi non illi modo, quorum vita in eandem statem incidit, sed & illorum posteris per longissimum periculum deorsum manentibus virtutem monumentis, felicitatis sua

predicationem & gratia sua retro ad hos, qui olim  
 fuerunt, principes, referant. Hanc gloriam, qui  
 mereri cupit, suiq; nominis immortalitatem ad  
 profferos propagare contendit, dies noctesq; in id  
 incumbat, ut proclaris operibus civium suorum salu-  
 tem communitat, promoveat, exornet; nec laboribus  
 ne vigiliis, nec sumptibus deniq; ullis parcat, quo-  
 rum usura apud profferos etiam fit duratara. Ad id  
 nihil potest esse verius. Pimio dicto Nullum  
 est magno Principe, immortalitatemq;  
 merifuro, diei nullo impendū genus, quam  
 quod erogatur in Profferos.



*[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely Latin or German, covering the majority of the page.]*

*[Faint handwritten text visible on the right edge of the page, including words like 'folle', 'Me', 'Latinus', 'Juvencio', 'mum', 'ser at', 'et ant', 'aba re', 'sari n', 'confea', 'holyfin', 'faculo']*



E. L. Golhium, civitate Latina donatum  
ess. demonstravit  
J. C. Flachlandtm.

542.

Mense Decembri 1745.

30. Dec. 1745. — 25987. recept.

Latinum sermonem, cujus studio et sty-  
livenis ornatissime tenetis et suavissi-  
mum esse et utilissimum, ex meo pari-  
ter ac tuo sensu profiteor. Nihil  
eo antiquius, nihil uberius, nec in  
ulla re majori cum laude operam collo-  
cari non dubito, quin mecum omnes  
conferatis. Quam late enim patens no-  
bilissimarum artium litterarumque illius  
scientia aperitur campus? Quanta



egregie dictorum, magnificaeque factorum  
 copia ex assidua eorum, quae tot florentis-  
 sima ingenia reliquerunt monumenta, et  
 lectione in usum nostrum transferuntur.  
 Quum sit tanta vis et delectatio in lit-  
 teris latinis, quidni earundem studif-  
 simos nos preceramus? Equis vero tanta  
 dementia aut stordia prematore, ut oblata  
 optatissimo <sup>occasione</sup> negligentem sese ostendat.  
 Ac nostrae splendorissima **POETHA-**  
**STIA** praecipuus finis quando huc pa-  
 tissimum contendit, ut illius lingua  
 facultate promptiores indices, et omnis  
 doctrina ad paratum instructionem  
 evadamus: non sine summo dedecore  
 et animi levissimi, siquis boni contem-  
 ptoris aperitissima nota negligentiam  
 admittere cuiquam liceat. Quid con-  
 ducant litterae latinae ingenii viribus  
 salubriter efformandis **ST**, Juvenis Ornatif-  
 sime, jam satis percepisse arbitror  
 et quantum utilitatis ex **POETHA-**  
 ac hae **POETHA** capi possit,

rogatione T. A., ut ejusdem membrorum  
 nominibus adscribereris, licentibus  
 es professus. Igitur his T. A. precibus  
 DIRECTOR NOSTER M. A.  
 J. S. S. M. S., T. A. L. E. ceteri  
 benevolas prebuaré aures. Quare ego  
 nunc ex M. S. T. H. S. C. D. L. L.  
 J. F. mandato, D. C. E. T. A. T. F.  
 T. E. esse benigne adscriptum de-  
 claro, T. E. S., E. L. G. o. l. h. i., socium re-  
 nuncio. Spem firmissimam fovens  
 sumo studio, et omni, qua par est  
 contentione, ut emendatior semper  
 ac tali consortio dignior exstime-  
 ris, T. E. esse laboraturum, nec ullum  
 passurum in T. E. haerere, aut turpi-  
 tudinis, aut vituperationis ma-  
 tiam. Quod si hujusmodi T. E.  
 prabueris officia, in super ac studia  
 N. O. S. T. R. A., paradissima, Tibi polli-  
 ceor. Ego vero magnopere gau-  
 deo.

Deo

-deo de eo honore, T<sup>h</sup> 154 gratulandi  
 mihi datam esse facultatem, non  
 in ulla re animum T<sup>h</sup> 154 studio-  
 sum ac per-aman-tem demonstra-  
 re cessaturus. —

Utile  
 per a

Propri-  
 tum

Ex Plinii loco: <sup>parag. cap. 44</sup>  
 Utile est ad usum secundorum  
 per adversa venisse.

Thema excerptis:  
 Ineptam esse calamitates deprecantium querelam.

C. L. Wolf.

d. 13 Jan. 1776. — 2607.502

OCCONOMIA.

TH. L. M. S. Inepta calamitates deprecantium querela

Pars. Ima. Quia calamitates florentes hominum res confirmant, et felicem eorum monstrant usum

Pars. II da. Quia eadem insigni modo consulant animo.

Ad I<sup>am</sup> partem spectant seqq.

- a. Fortuna citius reperitur, quam retinetur.
- b. Nimia opum affluentia plerumq; iuston aferens corporis, animi stibiam tollit quietem.
- c. Fortuna nimium quem fovet, stultam facit, et in aliorum conatib; ruinam.
- d. Gloriosius est, inter ancipitia clarescere, quam rebus spondis cuiq; parabilib; circumflui.

Ad II<sup>am</sup> partem haec pertinent:

- a. Iucundissima est malorum praeteritorum recordatio.
- b. Mentem ad Deum suspirare docend.
- c. Cautum praestant hominem, ne nimiam opibus suis fidat, sed utilissimo modo collocet.
- d. Fortunam fugientem vilipendere docend.
- e. Id praestant, ut in sola virtute verum bonum quarant, & qm sequitur animi tranquillitas.

DIRECTOR AMPLISSIME!  
Sodales a sumatissimi!

Quanta sit varietas fortune, atque inconstantia,  
quam incertis casibus inanes hominum labores et  
contentiones sint expositi, ut eo melius appareat,  
pristorum quoque temporum memoriam replicare; pleni  
sunt omnes libri, plena omnium gentium ac saeculorum  
monumenta, quae Tragicos Tyrannorum exitus, inopi-  
-pitas ac ruentis magnatum mortes, non minus  
vere, quam prolixè nobis commemorant, et fortuna  
altioris instabilitatem in tam ancipiti rerum hu-  
-manarum alea vividissimis coloribus descriptant.  
Si quis laetioris fortunae afulget radius, ecce  
minantis simul umbra adest, et vestigia premis,  
aut excipit. Maxime autem admiratio nem nostram  
provocat diversissima ejus inaequalitas. Multos  
videre liceat, quos non merito suo felices res  
circumfluant, quam quos maxime, quorum votis  
omnes subhorbunt, quorum dignitati omnes fa-  
-verent. Contra alios inveneris, qui innoxii  
quaevis fortunae mala patiuntur, omnibus  
bonis evertuntur, tum praesertim, cum manif-

de quibus  
tu horum  
a casum  
confusio  
quae res  
omnes  
belli  
fuit  
trium  
et charis  
rabili  
præter  
e boni  
ac nini  
ciffimo  
causa  
itate  
tar ibi

-sent, ut præmiis et honoribus decorarentur.  
 Fortunam putares supremam omnium rerum  
 dominam, infima summis, summa infimis mu-  
 tare gaudentem, quæ fingit humana, et  
 extenuat, ut lubet. Quo factum est, ut coeca  
 ab antiquis depingeretur. Scitum illud Cice-  
 ronis: fortunam illos quoque, coecos efficere,  
 quos complexa est. O miram rerum huma-  
 narum vicissitudinem!

- - Quam nescit eodem  
 stare diu fortuna loco, quam quicquid in alto est,  
 Labitur, inq̄ntemq̄ trahit fors magna  
 ruinam.

Qædæ hæc et fragilia, puerilibusq̄, conspa-  
 -tanea cupundis sunt, quæ vires et opus hu-  
 -mana vocantur. Affluunt subito, repente  
 dilabuntur, nullo in loco, nulla in persona  
 stabilibus nixa radicibus consistunt: sed ince-  
 -tissimis flatu fortuna hæc atq̄ illuc acta,  
 quos in sublime extulere, improvise decursa  
 deperit os, profundo cladium mi præbilitèr  
 immergunt.

Ne vero longiore Vos, Auditores Specta-  
-tissimi proloquio morer, statim ad illud  
quod pertractandum suscepimus, me accingo,  
et benigne Vobis audientibus, Ineptam cala-  
-mitates deprecantium querelam exponam  
easque utilissimas esse evincam, tum quod illae  
florentes hominum res confirmant, et in  
usum convertere docent, tum, quia insigni  
modo consulunt animo, ideoque fortunam  
fugientem contemnere docent.

Ad usum in secundis omnia referri, abur- Part. I. ma.  
-de videre licet ex vitio per nimiam feli-  
-citate affluentiam in hominum socie-  
-tatem invecit. Prima loco stat intempe-  
-rantia, reliquorum vitiorum fax et origo.  
Indignissimo sane homine modo insati-  
-bili gula omnia perierunt, conviviorum  
luxu Helioyabalum, coenis Apicium  
vincere conantes. Quaerunt, quemad-  
-modum post satietatem quaeque esuriant,  
quemadmodum non impleant ventrem,  
sed farciant, quemadmodum stim-



prima portione servatam revocent. Sed  
 infelicio ista luxuria tormenta sunt. Si  
 confiterarentur perditam, quae sit in natura  
 excellentia ac dignitas: neminem libe-  
 rum esse, qui corpori servit, intelligerent  
 etiam, quam sit turpe, delicate ac molli-  
 ter vivere, quotq; inde morbi pullulent,  
 supervacanea omnia praecidenda esse  
 cognoscerent. Sed plane in diem vivunt,  
 tanquam majores essent, quam quibus  
 possit fortuna nocere, verum sequitur  
 illos ultor a tergo Deus. Luxuria  
 comes adhuc et Veneris perditam cupido,  
 quod quidem vitium fructus profert  
 teterrimos. Per arctam enim cum Thai-  
 de sua conjunctionem mens hominis  
 sede sua dimovetur, ut, quid sit verum,  
 quid rectum, non possit amplius discernere.  
 Maximum vero detrimentum, quod ex for-  
 torum commercio consequitur, est corporis  
 pestis, et animae certissima perditio.

Quid enim aliud scorta illa diabolaria in  
 temp. invehunt, quam morbos publice et  
 hereditario grassantes? quid aliud faciunt,  
 quam ex sano insanum, ex robusto invalidum,  
 ex solido erectoq. corpore, lecto affixum, perse-  
 -tuisq. maceratum doloribus. Idem etiam  
 vitium census facultateq. exhaustis, et  
 opus multo parentum sudore et sanguine  
 paratas nefario modo dissipat, ut sumptibus  
 in meretricem impendentis sufficerent.

Ex altera vero parte prona flectuntur in  
 pecuniae tenacitatem, cum tamen in id maxime  
 a Deo sint collatae opes, non ut inutiles  
 in arca recondantur, sed ut et sibi et aliis  
 serviant, in pauperes erogent, et afflictis suc-  
 -currant. Sed ab hoc alienissimi, ne sibi quidem  
 prodesse audent, sed insana potius ac inter-  
 -minata cupidine dies nocteq. in iis ample-  
 -andis incumbunt, et semper inter novos jac-  
 -tantur cupidinum fluctus, nullum officii  
 -um tam sanctum atq. solenne reputantes,  
 quod non violare ac committere audeant.  
 Interim vero tranquillitas animi cordis,

Neque enim is tranquilla mente esse potest,  
 qui insolenter et ambitiose vivit, tectis la-  
 queatis, veste superba, suppellectili ad invi-  
 diam exquisita. Pandunt enim timor et  
 mina eodem quo dominus, nec recedunt  
 arata triremi, et post equitem sedes  
 atra cura, uti scite Horatius canit.  
 Atque hoc vitium habet natura sua nimia  
 felicitas, si vel discesseris ab hominis vani-  
 tate, ut multos opprimere soleat. Sic sepe-  
 tem nimia sternit ubertas, sic rami omni-  
 franguntur: sic ad maturitatem non per-  
 venit nimia succunditas; Idem animis quoque  
 evenit, quos immoderata felicitas rum-  
 pit, et in aliorum etiam concitab. ruina.  
 Quod quidem magna consequentia est apud  
 illos, qui in altiore loco constituti sunt.  
 Nolle enim otium illos facile in bellum, aut  
 civile, aut cum vicinis impellit, atque in gravis  
 scelerum precipitia concitab. Tantum autem  
 ut ex felicitate rectam ejus usum addipere  
 queamus, ut potius gratias habendas Deo exi-  
 mandum sit, qui utilis bonorum cum malis  
 instituit mixtionem.

Propere ad id, quod secundo loco posui, animo  
 etiam insigni modo consuli adverbis.  
 Inimam animi animus iucundissimum modo affici-  
 tur malorum praeieteritarum recordatione.  
 Craudet tot pericula evasisse, et salvam in  
 portu fuisse constitutam. Dein illud inter omnes  
 constat, animam nostram novi esse amanti-  
 mum, et novis identidem mutationibus  
 refici velle. Fortunam igitur in eodem semper  
 statu posita frigide admodum sentiret,  
 sed quum ex hac rerum conversione ac per-  
 turbatione splendida rursus fortuna illu-  
 cescit, tum vividissima animi voluptas  
 oboritur, et fortunae adventus desideratissi-  
 mus fit, necesse est. Dein etiam ad Deum,  
 quo auctore haec calamitates inmittuntur,  
 oculos tollit, atque iniquissime se cum  
 fortuna sua expostulasse sentit. In omni  
 causa Deum sequetur, et inde petet, eorum  
 quae eveniunt, causas. Ut enim, est Deus,  
 qui inspicit haud tantum, sed ordinat  
 etiam, ac moderatur omnia, et ei parere

Summa libertas. Diverſa tamen eorum, quae  
 accidunt, Dei et hominum æſtimatio eſt. ille  
 enim non tam reſpicit, quod juvat ac de-  
 lectat maxime, quam quod ſaluti eſſe  
 noſtra poteſt. Namgo ut medicina amarior  
 ſaluberrima eſſe ſolent, ita quae laedere  
 videbantur, cum maxime profund, ſi quis  
 in iis recte ſe gerat, et fortunam ferendo  
 vincat. Intelliget, tum demum recte nobis-  
 ſtam agi, ſi læta ac triſtia temperentur  
 ac miſceantur. Etiam illud corrumpere nimia  
 proſpera, mala autem ad optimas virtutes  
 animum erigere. Ideo etiam ſapienter in-  
 ſtitutam eſſe a Deo hanc mixtionem,  
 ne animi nimia felicitate intumeſcant,  
 aliorum perſudare machinentur. Sine hac  
 vicipiſturne enim nec domus ulla, nec civi-  
 tas, nec ipſe conſiſtere mundus poſſet, ſed  
 omnia collabi et interire neceſſe foret.  
 Quomodo enim perennare hominum ſoci-  
 tas poterit, ſi proſpero rerum ſucceſſu in-  
 flatu ob idque ſoleſtis eſt violentis ingenio

omnia sunt impure. Caderet tranquillitas,  
 securitas, concordia, pax: quae omnia non  
 magis a felicitate separari queunt, quam  
 ab igne calor, a glacie rigor, a nive candor.  
 Nec minimi momenti hoc est, quod per  
 calamitates adorsing, gloriosum illud, sed  
 aeg. difficile inter ancipitia oblescere.  
 Per adversa quippe animi magnitudo prope-  
 ris in rebus, quasi obstructa ac recondita  
 tanquam explicatur, et profertur. Magna quidem  
 est illa laus atque praestans, in magnitudine  
 opum avaritiam insolentiamque vitasse, nec  
 extulisse se in potestate; sed multo illa admi-  
 -rabilior, ac praeclearior, non fractum esse  
 fortuna, retinuisse in rebus asperis dignitatem.  
 Num majori dignus est laude gubernator,  
 si impeto, quam cum tranquillo navigat mari;  
 si pavente mari, ob reluctantibus ventis  
 salvam in portu constituit navem? Quam  
 multos vidimus, qui cum secundam fortunam  
 pulcherrime tulissent, ejusdem adverse ne valdum  
 quidem ferre potuerunt. Quo metu complures

adducti, nimis illi quidem molliter neque vo-  
luerunt ad honores ascendere, neque ullam pub-  
lici muneris partem attingere, persuasum  
videlicet sibi habentes, in altam fortunam  
plurimum incurere nimbos atque procellas.  
Sed adversa felicem etiam nobis monstrans  
adversorum usum. His enim admonitis ipse se ex-  
aminabit, inspicies recessus omnes, et latebras  
conscientiae excuties, severa cogitatione  
omnem libidinis impetum coercens, virtus  
suis irascetur, et quotidie aliquid ex illis  
demit, non speretur prosperis, non despicie-  
tur adversis, in utraque sorte utriusque erit  
memor. Numinis munificentiae acceptam  
referens, quidquid obtingit in hac vita felici-  
tatis, simul vero conditionis humanae  
meditabitur fragilitatem, quam qui per  
totam vitam imbibit, inconcussus stabit  
contra quotiens fortuna iotus. Summus denique  
quem calamitates gignunt, fructus, est animi  
in Deo acquiescentis tranquillitas, ex virtute  
et innocentia sui orta. Nihil enim horribilius,

secundorum

quam commissorum scelerum tortorem ac carni-  
 -ficem habere in animo. Horum animus nec vigi-  
 -liis nec quietibus sedari potest; hi sunt, qui frepi-  
 -dant, et ad omnia fulgura pallent; cum contra  
 illi, quibus mens a crimine vacua est, plene con-  
 -scientiae fruantur latitia ac libertate. Fortunam  
 hi invidiam aequo patiantur animo, et in sola  
 virtute veram bonum querunt, qua involuti  
 acerbissimam etiam contemnunt pauperiem,  
 eamque infistunt viam, quae recta ducit ad fam-  
 -mam illam beatitudinem, omni humana cogi-  
 -tatione sublimiorem; qua us ad aeternam fruamur,  
 faxit ille aeternus.

---



559.

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page]*



## Locus Plinii

Nulla magis omnibus displicent, quam  
quae sunt, tanquam omnibus placeant.

quod exposuit

J. Scharff. Stud. Theol.

d. 26. <sup>to</sup> Janf.

1776.

20. Jan. 1776 - 26. Jan. 1776

Exord. Melius est fortuna inferiori contentum esse, quam altiori sequi.

Thema. Modestia ignorantis majorem obtinet gratiam, quam superbia cuiusque favoris affectatus.

Duplici hoc ratione stabiliam.

I<sup>ra</sup> Inoriam illud studium, quorumque demum modo facti, cupiendum est, nec unquam obtineri potest.

- 1, Oratio de se suisque meritis quancumque speriosa, omnino
- 2, offensus, si verus esse debet, non aliqua utilitatis spe aut affectandi alteri studio extorqueri debet.
- 3, Quod si vero aliquis vel maxime virtutis viam insequatur, et assensu quovis dignissimus sit, multa tamen huic conatui obstitit.
- 4, Hoc non minimi momenti est, quod, qui ad finem voti sui perlingere cupient, diversissima ingeniorum vincenda vincantur.

II<sup>ra</sup>

a, Qui omnium assensum extorquere vult, id facit, quod plane naturae assensus repugnat, quoniam id cogi non potest.

2<sup>us</sup> assensus sibi debet summum veritatis ac rationis fulgoris.

b, Principem locum hic tenet in astra hominibus in iudicando creari, atque pervertitur.

c, Et hoc accidit, quod difficillimum est, merita alterius prospicere, nisi ipse meritis potest.

d, Haec comparata hominum natura est, ut quae ipsi non habent, in alio videre non possunt, id eoque, si vel quandam debent alicui laudem intelligant, hanc tamen non profertur secundum potius.

e, Sed quum frivolis etiam laudet hominum calus, hijs non alio modo ad altiora emergere cupiunt, alterendo alio id affectu student, atque, quod ipse faciunt, alio vitio dant, invidiam adeo sibi comparant.

f, Cumulum denique adori addit, quod semel amissa fama difficillime reparatur.

DIRECTOR Graiffine! 562.

Sodales ornatissime

Ad eam inclinationum humorum natura depressa labem  
est, ut, quas habent, quod hominem nobilitant dotes atque  
virtutes, ultra limites propellant et in utramque  
partem evagentur; atque ideo in universum fere  
valent, ut, qui nimium in virtute aversantur, promissis,  
clantur in contrarium vitium. Sed quidem devia, uti  
mala, comitantur inevitabilia. Ita maxime tamen sunt  
disparata atque discrepantia. Maxime vero hoc videtur  
lucet ex egregia illa animi virtute, quod ni limites  
positos transgrediatur, mentes nostras impotentem  
temeritate incursum transverfas ferri non patitur, fiduciam  
pauca, quas animus in sumis etiam difficultatibus aliquid  
sibi sumit. Hoc est illa virtus, per quam comodissime  
nomen nostrum ad prosperos transferitur, per quam digni-  
tas hominis mirum in modum altitur augeturque.

Hinc faustum aliorum de nobis iudicium, hinc vivis  
diffima in animis comotio, hinc memoria summa bene-  
volentia relenta, hinc jucundissima bene actis vita  
mulloque benefactorum recordatio; hinc denique laudes  
undeque nos exornantes. Si vero infamiam coitare  
cupis maculam, id videas, ut, quantam sui fiduciam  
habere rite composita mens debeat, cognoscat, quae  
ardua omnino et longe difficillima questio est, quod  
ut coites, latebras omnes et recessus conscientiae

exultas, diligenterque actionum tuarum respicias finem,  
 ne exundantia quadam cuppandi tibi ipse officias.  
 duc, si convenienter observentur, nihil hoc animi flatu  
 generosius est, nihil homini, qui dotes a Deo sibi con-  
 cesas provehere, curam habuerit, nihil, inquam, ejus  
 naturae magis est consentaneum, magisque conveniens.  
 Mira certe sunt, quae sideris animus, si recte in ceteris  
 versetur, producere atque operari potest. Atque vero vitissimi  
 homines, qui parum animo suo aut nihil omnino fiduciam  
 nec vel levissimae rei sustenturos se putant. Hi enim  
 facultate multoties non contemendas pessime negligunt  
 ac sepeperunt. In tali flatu si sit constitutus animus,  
 non vides omnino, quid intersit inter ejusmodi hominem  
 bestiamque. Nullius sunt frugis, nihil etiam quod ad condita  
 rerum publicarum pertinet, notari queunt, cum ex diverso  
 plenus fiduciae spiritus animi virtutes perficit atque  
 exercet; licet subinde levi quodam errore labatur. Sed  
 hoc accidit, quod longe gloriosius inter arripitiae  
 clarescere, et per saepe laboriosa et aspera vitae incon-  
 cussa animo transire. Nonne majori dignus est laude,  
 gubernator cum infesto, quam cum tranquillo navigat  
 mari? cum reluctanlibus ventis navem dirigit et  
 salvam in portum constituit. Nihil tali viro dignius,

nihil venerabilius?

Ne vero Vos studiosos! longiori prologio morer,  
statim ad illud, de quo differere maxime apud animam  
constitui, progrediar. Eril aulem orationis mee equus?

Modestiam ignorationis majorem obtinere gra-  
tiam, quam superbam cujusque favoris affe-  
ctationem.

Quod duplici ratione stabiliam.

I<sup>ta</sup> Quoniam illud studium, quocunque demum modo  
fecit, culpandum est, nec unquam obtineri  
potest, Veri

II<sup>ta</sup> Quod exinde petita nominis fama ignomi-  
nia excluditur.

Hoc vero mihi erit auspiciatissimum bene gerendo rei  
omen si exigui temporis attentione meum dignari sermo-  
nem tanti habueritis.

Qui nimis placendi alio studio fertur, necesse est, ut coenam  
sui ipsius amoris opinionem apud alios contrahat. Id  
enim qui exstant, quid aliud faciunt, quam ut felicem  
aliorum de perfectionibus suis venentur opinionem? Quod  
quid em modo isti homines insigniter sibi ipsis deci-  
piunt. Namque quantumvis quis uberissimam doctrinam  
collegerit messem, et maxime adulantem pro se habent  
perfectionum ostentationem, tamen, si ipse se sapientem  
credat, a sapientia distabit, et hoc longius, quo minus,

quantum distat, intelligit. Summum semper sui perficiendi  
 incitamentum est, putare semper se parum scire, ac  
 multa ignorare. Quod isti admiratores sui facere proles  
 mittunt, ac proinde ultra procedere non ita curant, quoniam  
 se ad metas, aut pervenisse omnino, aut propinquum saltem  
 existimant; bene consulentibus adversantur: admonentibus repu-  
 gnant: aliis non credunt, suas opiniones pro oraculis suscipi-  
 unt. Sic aditum sibi ad augusta illa sapientiae templa in-  
 tercludunt. Nulla haec, ut virtutis & recte factorum, sic  
 litterarum est major capitaliorque peris. Haec causa est,  
 quomobrem in quovis genere disciplinarum perpauci excellant,  
 amor sui nempe et falsa doctrinae persuasio, qua se complu-  
 res decudunt. Non cum istis, quibus antecellimus, sed cum  
 his, quibus adhuc minores indoctioresque sumus, nos  
 comparemus: ut qui curriculo pulcherrimo Olympicum curre-  
 runt, non sequentes, quos superaverunt, sed anteceden-  
 ter respiciunt, quos superent. Ita, si agere instituerimus, non  
 tollemus spiritus, videbimus enim longissimis intervallo  
 abesse nos ab illorum sapientia, quos omnis est admirata  
 et adhuc admirabitur posteritas. Poeta est: quid tu  
 ad Virgilium quid ad Horatium: orator: quid ad Cicero-  
 nem, quid ad Demosthenem: Mathematicus: quid ad Archi-  
 dem, quid ad Archimidem: Philosophus: quid ad Aristotelen  
 et Platonem: sed plerique usque adeo nemini se posse

ponunt, ut etiam multis anteponant, se commendari cupi,  
 diffime audiunt. Nec refellere, nec refelli sine iracundia  
 ac maledictis possunt. Daudaciam non ferendam! quum  
 nulla videtur bene liberato, ac potissimum christiano  
 homini oque necessaria, nulla comodiore, nulla pulchrior,  
 et ad nominis celebritatem conciliandam accommodatior  
 sit, quam modestia animusque de se submissio existi-  
 mans. Proterquam oero, quod qui inani sui ipsius  
 amore trahuntur, malitiose perfectionibus suis obicem  
 ponunt, ita etiam alios in sui contemptum concitant. Nec  
 solum manifesta ostentatio, sed etiam lectior et obscurior  
 simul commendatio displicet audientibus. et neque illa et  
 lubrica res est, etiam cum illi necessitas lenocinetur.  
 Etenim, si alienae quoque laudes parum aequis auribus  
 accipi solent, quam difficile est obtinere, ne molestia videat-  
 tur oratio de se, aut suis differendis. Hoc tum ipsi hono-  
 ritate, tum aliquanto magis gloriae nostrae, praedicationisque  
 invidemus; atque ea demum recte facta minus  
 delorquentur, ac in deterius rapiuntur, quae in offensione  
 et silentio reponuntur. Scite Plinius noster: eos, qui  
 beneficia sua verbis adornant, non ideo predicare, quia  
 fecerint: sed, ut predicarent, fecisse creduntur. Sic quod  
 magnificentum referende alio fuisse, ipso, qui gesserit, recen-



sente, vanescit. Hoc de eo, culpandam esse nimiam  
 placendi cupidinem. Sed nec, quod proposuimus, ob incin-  
 citiles obtineri difficultates poterunt. Hoc non minimi  
 momenti est, quod, qui ad finem voti sui pertingere  
 cupierit, illi diversissima ingeniorum vincenda varietas  
 est. Hoc quippe in universum valet, trahi quemlibet  
 sua voluptate, quemque suam artem suum studium maxime  
 retinere: hos enim castra, illos honores, istos agricultura,  
 alios voluptates, quosdam litterae, alios delectat navigatio.  
 Horum cujuslibet studium sequi, tam difficile esse, quam  
 meridie lucere, in confesso est.

Propere nunc ad id, quod **II<sup>o</sup>** loco posui.

Illi vero illud maxime dolendo modo propositum illud  
 evanescere. Viam aperit, quod, qui omnes in laudem suam  
 confertere cupiunt, id faciunt, quod plane cum natura  
 assensus pugnat. Cum enim assensus proavis intellectus  
 iudicio nitatur, consequitur, cogere hunc et vincula inji-  
 cere intellectui velle, qui tale quidpiam machinatur.  
 Et si vel maxime succederet iste conatus, dedecus tamen  
 afferret hominis naturae, atque turpitudinis notam.  
 Nisi enim nitatur firmissimo veritatis ac rationis fulcro,  
 et ad huius exigatur normam, quicquid superfluum  
 exiguo temporis puncto **convulset**. Cetera enim vana et  
 fragilia sunt, veritas sola duratura aeternaque

habetur. Leve illud, et cuius parabile est, slipari,  
 ad alatorum coetu, qui illius lucri hęc laudes nostras pro,  
 dicant, et inter omnes divulgent. Est hi, si seris res  
 agatur, si opibus destitutus fueris, nullo te modo iura-  
 bunt, quare etiam in <sup>roverbum</sup> perpetuum abit: Cassa fide esse,  
 qui jugiter blandiatur. Per hoc enim ad ultimum judi-  
 cium veri, atque ipsi etiam non minimo ruinae atque  
 interitus nostri causa sunt. Veritatis igitur ac rationis  
 validissima argumenta ad assensum nobis probendam  
 allucere debent, ut assensui suus constet valor. Ad  
 vero difficile est simulationem non prodece, nisi ipsa,  
 quae nobis inhoret virtus, vim rationibus addat. Nec  
 tamen illi tribuent sibi aliquid arrogabuntque dignum  
 deprecatione hominum, nec eum in actionibus sibi finem  
 proponent, ut in ore atque celebritate hominum versetur,  
 sed contemta hac populari aura, quae modo hinc modo  
 illi fauet, quaeque vilissime evanescit, hac, inquam,  
 purum potius et sincerum, ac ab omni fuce alienissimum  
 proborum sectantur iudicium, apud hos bene audire, ab  
 iis suspici plurimum semper delectationis habet. Ex  
 altera parte, si vel maxime quis insisset virtutis ac  
 veritatis viam, et assensu quovis dignissimus sit, ea  
 tamen inata hominibus est in iudicando coecitas atque

perversitas, ut in peritiora mentis nostrae non possint  
 penetrare, nec actionum nostrarum finem ad quem tamen  
 omnia revocanda sunt, perquirere queant. Boltea  
 quod difficillimum est, merita alterius perspicere, nisi ipse  
 meritis polleat. Sed paucissimus est eorum coetus, qui  
 aequa lance merita aestimant, quia illa comparata  
 hominum natura est, ut, quod ipsi non habent, in aliis  
 videre non gestant, ideoque, si vel quandam alium debet  
 laudem intelligant, hanc tamen non proferunt, sed con-  
 dent potius. Nullum vitium inanius hac invidia torquet.  
 Sicuti ferrum rubigo, ita hoc animum consumit, et quasi  
 exedit, ut totus in exitium proximi feratur, et tabificum  
 in perfectionibus ejus inveniat venenum. Fivoli vero,  
 dum aliis rebus ad altiora emergere desperant, maledico dente  
 alios capiendo eorumque atterendo lamam, nomen immortalitatis  
 studet consecrare, atque ipsi, quod ad nullum, aliis affin-  
 gere eoque vitio dare, atque ut perfectionum suarum reme-  
 veant obstaculum, nihil intentatum relinquunt et quoquo  
 modo subvertere eos student, quo, ut cum sumis d' doris ac  
 periant sensu vanum propositum miserime exploditur. Quam  
 vero plerique inani quadam jactantia ducti aliorum inane  
 gratiam cupiunt, suo merito ad diem, quo alii in ipsos concu-  
 tantur, sibi contraxere. Offensatio enim ipsi animo nostrae

nostrae naturae repugnat: habet quippe mens nostra  
 sublimi quiddam et erectum et inspirationis superioris. Ideoque  
 abjectior et sumillentes se libenter allevamus, quia hoc  
 facere tanquam majores videmur: et quoties discessit  
 emulatio, succedit humanitas. At qui se supra modum  
 extollit, premere ac deprimere ceteros creditur nec se tam  
 majorem quam minores ceteros facere. Thunrore autem,  
 de quo paulo ante dixi, dolorem auget bonae actionis  
 persuasio. Constat fere inter omnes, optimo mentis con-  
 scientiam plurimum ad levandas molestias posse: ac  
 mihi semper dubitandum esse visum est, num majorem  
 ea cogitatio vim habeat ad augendum, quam ad minuendum  
 dolorem: nam cum qui stulte fecimus, si quid ex eo  
 postea nobis mali contingat, si ratio in nobis dormiatur,  
 jure nos plerumque fatebimur, nostra enim culpa vilisque  
 laboramus. Illud vero est ad ferendum tolerandumque  
 difficile, cum innoxii ad aliquod crimen injecti esse  
 vulamur. Hoc denique cumulum dolori addet, quod  
 semel amissa fama difficultes reparatur.  
 et obicit a nobis, ut ideo vituperandus animus  
 nostrum invadat torpor ac stupore negligentia, qui in mediam  
 potius seculamus viam nostramque existimationem recto  
 pondere examinamus, nec magis nobis vendicamus,  
 quam quod ad averendum contentum, et arrogantiae  
 nomen sufficere existimamus.

*[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical document or letter.]*



## Locus Pinii:

Habet has vias conditis mortalium, ut adve-  
 sa ex secundis, secunda ex adversis nascantur.  
 occultat utrorumq; semina Deus. ac plerumq;  
 bonorum malorumq; causa sub diversa specie  
 latent

Thema inde exorsit:

Haud temeritate aut casu, sed pro-  
 videri Numinis cura res humana  
 diriguntur

J. G. Herzberg

d. III. Febr

1776.

- 2638. I. M.

## Oeconomia.

Them. Haud temeritate aut casu, sed provida numinis  
cura res humana dirigitur.

P. I. Eorum, qui providentiam e mundo tollunt, ar-  
gumenta enumerantur

P. II. Eadem refutantur ac providentiam tollere in-  
justum et inhumanum esse, demonstratur

## Argumenta Adversariorum

- 1.) partim e Numinis magnitudine esse negant
- 2.) libertati humanae detrimentum afferre  
et necessitatem quandam importare
- 3.) experientiam eventusq; docere deniq; res  
humanas Deo non esse curae

## Rationes diversae

- 1.) regale esse ac plane divinum cuncta et  
minima curare.
- 2.) gubernatio Mundi ut sapientissima, ita  
civis Naturae et libera vel maxime congrua
- 3.) Felis et perperam adlegantur eventus ex-  
perimentaq; quorum adcuratio contem-  
platio potius Deo providentiam, con-  
firmat.

Director Excellentissime  
Sociales Aestumatisime,

Rerum, quibus Virtutis Cultor eminent. ambitus adeo  
late patet, ut vix ac ne vix quidem desingere possint  
ac enumerari. In quibus indoles Virtutis fulget, eorum  
nec dubia, vaga, volabilisq; est felicitas. Virtus enim  
est una altissimis defixa radicibus, quae nunquam  
ulla vi labefactari potest, in tempestate quiescit et  
licet in tenebris et pulsa loco, manet tamen atq;  
haeret in patria, splendetq; per se semper, nec alienis  
unquam sordibus obsolescit. Vitam beatam non pro  
mulum longinquum remotumq; esse, quod nisi sudore  
et luctatione non reportatur, sed rem ante conspec-  
tum quasi positam, quae non multum laboris ac  
difficultatis habet sed saepe negotio acquiri potest,  
arbitratur. Ita, ut dura pauperlati mole praevenatur,



erecto cum animo, ut contra omnium rerum copia  
 abundet suavi comiq; videbit. Alram paupertate  
 tanquam ablatam animum suum expli  
 candi et quid valeat virtus factis declarandi occa  
 sionem, affluentes divitias ut subministratam  
 virtuti sua materiam apponit. Id etiam in se  
 habet virtus, cur diligatur, quod ardens eius Cul  
 tor non multorum solum dulcem admirabilem q;  
 consequatur amorem sed quod etiam, qui virtu  
 tem e mundo tollerent, si facultas non desisset  
 eam admirari saltem cogantur. Plinius noster  
 aliquando afferit, nisi sapientem non posse  
 cognoscere sapientem. Nonne rectius verius q;  
 dixerit? non nisi virtute praeditum non  
 posse cognoscere virtute praestantem. Ex  
 periri enim quam exprimere facilius pos  
 sumus virtutis dignitatem. At si accedit  
 etiam sapientia literarum q; cognitio et quis  
 animo nobiliori reddito et mentem intelligen  
 tiam q;, qua nihil divinius homini Deus dedit  
 acuerit animum q; excolere studet ac amplum  
 veritatum regnum percurrere ultra plurimo  
 rum intellectum affurgit, multum omnino dig  
 nitatis sua magnitudini adjicit amissam q;

Numinis similitudinem recipere incipit ac speciem.  
 Inde enim doctrina, cui et virtutis splendor accu-  
 sit, praestantia luculenter est perspicienda,  
 quod summam doctrinae et virtutis fastigium  
 nisus, humana abjecta, divinam inducit na-  
 turam. Non exiguam felicitatis partem doc-  
 ti virtutesque praestantis Viri consistunt, quod  
 aestuantibus voluptatibus remotis, rerum  
 coetivumque contemplationibus transigit vi-  
 tam. Qua alius acciderunt, perlustrat, adver-  
 sisque commovetur, quibus causas acciderint  
 doctrina, qua facta unde originem duxerunt,  
 referre solet, explanat. Quandoque autem,  
 Avditores, in rebus humanis quidquam  
 obviu[m] deprehenditur, quod nulla ratione  
 illustrari et explanari potest. Sit, ut ille  
 subito in contemplationibus subsistere cogi-  
 tur, cum a re quadam effecta ei repugnare  
 videntur. Eandem inde animo agitabit cogi-  
 tationem, quam Plinius verbis, qua sequun-  
 tur, expressit: habet has vias conditio mor-  
 talium, ut adversa ex secundis, ex adversis se-  
 cunda nascuntur. Occultat utrorumque semina  
 Deus ac plerumque bonorum in aliorumque causa  
 sub diversa specie latent.

Quam iterum, Illustris Baileas  
 verba coram facere mihi contingat, quan-  
 topere mihi sit elaborandum, ut argumen-  
 to utar huius loco idoneo suisq; auribus incul-  
 ta oratione ne fin molestus, sailline intelli go,  
 id vero quomodo pro meo ingenii imbecillitate  
 praestari possim, non video. Ex Plinii scriptis  
 iterum orationis meae hauso argumentum.  
 Nobis paulo accuratiori mente perlustranti-  
 bus scripta ~~Cicero~~ Plinii, quae ad rostram  
 atattm exstant in literarum monumentis  
 quae locutionis ornamenta, quae sermonum  
 gravitas, quae sententiarum puritas in pri-  
 mo statim parduatur limine. Quamvis enim  
 magis Lacedamoniorum dicendi brevitatem  
 quam Romanorum ubertatem imitari, videan-  
 tur, ne quis tamen negabit, Panegyricam in  
 primis ornatu verborum et sententiarum  
 esse excellentem. Verba, quae jamjam recitata  
 in illius libello capite V legimus, de gravissi-  
 ma quadam materia differendi occasione  
 mihi obtulerunt meq; ut, haud temeritate  
 aut casu sed provida Numinis cura res  
 humanas dirigi, demonstrari, commoverant  
 De divina itaq; providentia dicturus in priori  
 orationis

parte eorum, qui providentiam e mundo tollunt, argu-  
mentis enumeratis, in posteriori eadem refutans  
providentiam tollere, injustum et inhumanum esse  
exponam.

Se autem Director Excellentissime, Vosque  
Socii Aestum altissimi oro rogoque, velitis  
hanc qualemcumque orationem meam animis acci-  
pere indulgentibus. Omne mihi per-fugium in  
Vestra bonitate est filium. Quamquam enim mi-  
hi per se delecta materia dignitas audientiam factu-  
ra videatur, vereor tamen, ne ei quid auferat dicendi  
facultas. Meam itaque tenuitatem Vestro favore sub-  
levetis meamque orationem benigne ac placide excipia-  
tis velim.

Quanti ponderis sit quaestio, an res humanae Deo sint  
curae, supra exposere, necesse non puto. Quid cum  
fortuna adversa conflictantem majore consolatione per-  
nubere ejusque luctus qua ratione luctari poterunt  
quam cogitatione: Numen, quod nunquam veris desi-  
ciunt, meae curam non deposuit neque in calamitate  
tabescentem diligenter observat. Ut etiam calami-  
tatem meam ludibrio augeant. Illud Numen, cujus  
cura res humana dirigitur, meae subvenit sollici-  
tudini. Nichil sane illius infelicitate deesse putave-  
rim, si occultum Deoque ignarum esse persuaseris, tu-  
menisque curae subduxeris. Quum adeo solatii plena  
esta sit veritas, omitto nunc argumenta, quae cum tunc  
quid

licentur, quid quoddam commovere valuit ut eam desiden-  
 tes contrariam defendant. Anle oculos, Auditores,  
 talem personam videri. In celum manibus, Numinis  
 cura aspiciens, Miser insolens, exclamat, quam  
 parvus subjectus, tibi videtur terrarum opifex! quo-  
 niam ad quoddam temporis spandum etiam in hoc  
 mundo existis, illum te studio eligisse, in mensum  
 opus mundi fabricantem et quoad vias in te curas  
 et occupationes figere, credis. Summi Parentis et Ar-  
 bitri rerum Magnitudinem decenter recte, metiri  
 dicas. Mundum quidem conflavit, non autem uti  
 puerili concipis modo, ut te et quamcumque formicam  
 suo infinito subiceret intellectus ac locum in im-  
 mensa rerum serie vobis habitandum constitueret  
 Condidit Mundum sed modo Numine digno arcesse  
 vit genera eius, quae sese ab aliis discernant, natu-  
 ram tribuit, leges, constituit, secundum quas, quam-  
 diu vellent, durarent. Cujus in uniuersum patentes legis  
 virtuti et tu quod existas, debes, simul, cuncta acce-  
 pisti, quae totius varietas & ordo requirebat. Haud  
 igitur erat necesse, ut tibi proprium in ingenio divino  
 et omnifacilia iudicares locum. Quantum tibi ser-  
 nis atque arrogas, ut illae leges, quae innumerabilium Mun-  
 dorum ordinem seruant, tibi non sufficiant. At quaedam

qua in universum sese extendit, se attollet, auferet, aliamque  
 in locum suum substituit, salvo totius ordine. Sars tem-  
 pestate orla mari, viore, ut quamcumque arenam conieletur  
 ejus Omnipotentia. Oceani termini non mutantur, arenam  
 quocumque modo comoveas, nil interest, ubi jaceat. Similis  
 et tuo est ratio, si quocumque velis loco, qualemcumque in-  
 rerum serie occupes, mundus et cum tu esse desiveris, idem  
 durabit. Amplius simum numero Alexandri exercitum et  
 vin locustarum quicquid herbidum et frondosum ambeden-  
 tum fert indifferenter eademque appicit fronte. Si pestilen-  
 tia omne mortalium genus depopulato min ante urentisque  
 simul urbem ac agros, trepidans ad Numen supplices mittis  
 preces, ut eam averlat. Tibi autem Deus illudit ne tua  
 puerile anxietate se disturbare patitur, non ignorans, ordinem  
 sui constitutum de locustarum voracitate et pestis sa-  
 vitia victoriam esse reportaturum. Post quorundam an-  
 norum & rursum urbem hominibus replendam horreaque fruc-  
 tibus repleta videbis. Nec Numen, solio suo relicto, in terram  
 descendit perturbationibus obviaturus. Minima curare et cupis-  
 vis rationem habere contra Numinis magnitudinem pugnat  
 Ad haec accedit, ut, providentiam libertati humanae detri-  
 mentum afferre & necessitatem quorundam importare, arbitrentur  
 Quam rempe Numen hominum actionis, quocumque ei libet  
 modo dirigat nec eas observare cesset, sed hominibus tanquam  
 instrumentis utatur, nihil libertatis eis superesse censens.

Sequa sunt, vult Numen, ea ad efficienda offerre  
 media, eas ut agant. Determinate commoveret,  
 putant, si contra ea non fieri, maouit, medius ad  
 ea producenda uicissariis remotis, contrarius in No-  
 minibus prouiguit animo motus. Nec unquam ideo  
 a Deorum nostrarum rationem exposcere posse  
 Numen, cum ab Eius gubernatione totipendea-  
 mus. Rerum humanarum curam deposuisse  
 Deum, ipsa experientia euentibusque confirmari  
 affirmant. Quae, afferant, inheante atque immi-  
 nente auaritia est, bonis adfluit, Illi, qui Vir-  
 tute Duce, suo & futuro seculo prodesset, fati  
 odio et invidia premitur. Tiberius in solis canes-  
 cit et Titium genero humano eripit mors pre-  
 matura Domitianus eodem, quo Nerva eo  
 nomine IV interit leto. Nec ulla est ciuitas, qua  
 partem meritorum atque referenda sed ue cogi-  
 tanda quidem gratia fludeat. Leo innocentia  
 praesidium & patria proditor agit triumphum  
 Illam, qui solennia olim faciebat sacrificia, nunc  
 propter inopiam in egestate video, hunc, qui vel  
 Numini turpissime maledicere solebat, natura con-  
 sumptus extinxit. Albinam rogi ratione ne ueritate  
 ab Alba exstructo flammam extinxit, providentia?

Si Numen quoddam rerum humanarum curam haberet, malorum furoribus et audaciam frangeret et reprimere easque perturbations proficere cogerebatur. Ducas velim, ubi Numen unda terras inundanti, ne luum agrum attingeret, praecepit? Numillimas ad eum mittis precibus et specialem quandam adoras providentiam, nec ulla tamen sit rerum mutatio. Quanta rerum perturbatio, si singulos invocantes audiret Deus. Desinas idcirco fingere providentiam & somniari, qua male humiliorum redigit Deum, cum non e Numinis magnitudinis esse sui singulorumque curam habere, disciſti.

Quibusdam Adversariorum argumentis enarratis tranſeo ad poſteriorum orationis mea partem, in qua ea refutans inguſtum et inhumanum esse providentiam e mundo tollere, demonstraturus sum.

Deum, cujus magnitudo rerum humanarum curam non admittit, fingere ac cogitare perinde ac quibusvis officiis, quidquid ponderis habent, adimere omnesque solvere legibus. At, cum mundos, quorum longinquitatem deſinire nequimus, aspicio, solisque cogitatione persequor, quorum lumen non dum fortasse ad nos penetravit, deinde ad nostram redeo terram, ejusque magnitudinem demotus invenio me pro nihilo esse habendam, nonne in eam deduci deberem cogitationem? Deum nec ullam habere rationem. Quam vero cogitationem



humani intellectus limites prodere ejus cir-  
 cumscriptionem luculenter indicare intellectu  
 facillimum est. Cum enim divinam naturam  
 humana mente perferatari conamur, semper  
 fieri oportet, ut Deum eo indigno concipiamus  
 modo. Quod si autem cogitaremus, Num eni limi-  
 tet locus interloqui, ille humanus conceptus  
 coanescat necesse foret. Quum nec ullus in  
 Deum cadit defectus, cogeret, studio me igno-  
 rare et negligere. Talem fovendes sententiam  
 non Numen sed Jovem concipiunt, qui de  
 Trojanorum suorum fato micione sollicitus  
 in Monte Ida obdormivit. Quam ob causam  
 me noscere et curare non vellet, haud video. At  
 in comparatione ad eum omnem amittit digni-  
 tatem. Homini multa perparcuta sunt, quia  
 mens humana cuncta capere et complecti  
 nequit. Quomodo autem in Deo Totum et par-  
 tes distinguere separatimque cogitare queo. In  
 spatis eadem ratione arena est praesens, qua  
 mors. Illud Numen singulas partes querere  
 suam memoria mandare necesse non habet. deus  
 quidem late patentes ad rerum ordinem servan-  
 dum confidisse concedimus, sed quaestio nunc ad huc

movetur, an qua creaverat, a mente sua divina removere potuisset. In quam aeternam regionem condito mundo sese contulisset, cum salva Numinis natura ubicunque non praesens esse nequit. In qua tunc augetur Numinis dignitas, si non in magnis solum curandis occupatam sed et ad minima sese demittentem videntur: idemque quod in sole et in planta magnam apparet. Et quis est denique qui negaret, regale esse et plantae Divinum unctum et minima curare.

Hic argumentum providentiam necessitatem quandoque importare et libertati humanae detrimentum afferre, veritate nitetur. Deus quasvis actiones et mutationes, quae fieri possunt vidit et videt, id enim Deo unum idemque est easque sapientia sua voluntati non repugnant, nasci & coarctari permittit. Consilia inire et media eligere nobis quidem reliquit utriusque tamen manet arbiter. Ea ratione enim conjungantur media et talia eorum sit conditio efficiat, ut sua voluntatis respondeant. Non enim hominem, qui aliquid a consilio suo discrepare moliretur; animadvertit, cum nescit prohibet, si autem jamjam existit, prius quam conatum suorum finem attigerit rebus cum humanis eripit. Quandoque et eis media auferit, aliam rerum conditorem fieri rationesque quae eorum consilio obstant, accedere jubet, vel et in ipso homine aliam progignit affectus. Quae omnia tamen non impediunt, quominus homo sua sequatur consilia nec unquam ad haec vel

illa efficienda cogatur sed non unquam libertate  
in agendo utitur eadem, qua, si et nulla daretur  
providentia.

Est autem nunc Superest, Auditores,  
ut paucis finis ostendam, falso et perperam  
adlegari eventus experimentaq, quorum adcu-  
rator contemplatio potius daret providentiam  
confirmat.

Veteres illi, iam conturbabantur, quoniam in rebus  
humanis multa viderent fieri, quam di-  
vine sapientia ac bonitate convenire existi-  
marent. Hinc proveniebant querelae:

Quirinus tumulo jacet: at Cato perus!  
Pompejus nullis credimus esse Deos!

Eandem dubitationem ea de re expressit Clau-  
dianus:

Saepe mihi dubiam traxit potentia mentem  
curarent superis terras an nullus inesset  
Rector et in caelo fluerent mortalia caesa

Quamquam nobis divinitus aeterna veritatis lux  
affulserit tamen et nostra aetas hominibus a-  
bundat, qui ignominiam, morbas, orbitatem pro-  
prium quoddammodo bonorum patrimonium  
esse intelligentes, attoniti haerent. Rationis  
sane, aut pios viros poteruntq, omni acerbitatem  
genere agitare versareq, patiatur Deus, despicere  
aqueant. Prima omnium causa mihi esse videtur  
et

faciamus, quibus felicitatem metere quosque ex omni  
 hominum numero felices ac beatos, quos contra infeli-  
 ces ac miseros facere debeamus. Non enim possiden-  
 tem multa vocaveris recte beatum rectius occupat nomen  
 beati, qui divinis muneribus sapienter aliis duramq; callet  
 pauperiem patis peiusq; leto flagelantur, non ille  
 pro caris amicos aut patria timidas perire. Non cui mal-  
 ta dura & aspera eveniant, miser, sed is potius, qui pro-  
 speris juvenilibus corius nec in fallaciis hujus vite  
 bonis acquiescit. Multo ii beatiores sunt, qui prospera  
 quadam calamitatum serie prosi animam non despon-  
 derit sed a voluptatibus vices non sinant. Quorum ut  
 Circa dicit, probat ignis miseria fortes viros. Cum  
 deinde innocentissimos, quantum eisdem hominum  
 natura fert, nunquam a molestia respirare videamus  
 cogitamus esse est, aut, quod natura ipsa abhor-  
 ret atq; refugit. Deum injustum esse, aut post  
 hanc vitam praemia pro suis cuiq; actionibus divinitus  
 esse constituta, alias enim illis nihil infelicitis fo-  
 ret. Ad eum luculenter perspicitur potest, non morte  
 terminari sed superesse aliam vitam. Principes, qui  
 acerbe in subditos saevit, et in maxima immanitate  
 versatur, etiam a Deo constitutus esse potest. Comen-  
 facilem suamq;, quem ille excepit, Principem visis  
 ferre fors non poterant, sed contumaciter omnia ge-  
 rates ea, quae humane non videntur, non audiebant.

Nomen etq; civitatem a gravi Tyranno premere  
 eiq; tetrum crudeliumq; proficere coquebatur, quo  
 injuriam, quibus suavem Principem lace-  
 raverant, poenas exspectat. Ex quibus-  
 dam deniq; coentibus Deum judicare, in con-  
 fute ac temere factum mihi videtur, cum  
 mentem divinam perforatari rerumq; rerum  
 perfpicere mortalibus non sit datum  
 His, quam potui, persuasissimis solutus, gratias  
 Vobis, Auditores, maximas ago pro parte  
 tua, que me dicentem adhuc audieritis. Atq;  
 cum cogito, de quo orationis argumento, Illu-  
 stris Societas, verba coram facere mihi  
 hodie contigerit, animo impetu me compelli so-  
 lio, ut oratione finem nondum imponere que-  
 am. Ad Te rempe, Summe Parens et Arbitr  
 rerum, qui provida cura cuncta complecteris, con-  
 fugiens humillime obsecror in amora civium  
 et ardentissimis horum Sociorum vota ex-  
 pleas, optime Principis salutem diuturnita-  
 temq; imperii exoptantem. Involucrum seruis  
 in quo Masarum Jammum deus et non or con-  
 sistit, quem dedit CAROLVS PHILIPPVS  
 gloria sua & virtutis haredem, nostras delicias  
 et splendorem nostrum CAROLVM

A. D. O. V. S. C. V. M. Amules uniuersam Marchicam  
 Domum quibusvis maximis bonis et diuturnam  
 stabilitatem reddas illius prosperitatem et incon-  
 cussam. Sed ne paruo tantum optatorum nostro-  
 rum respondeat remunerans. S. M. Gr. S. C. S. C. S. C. S. C.  
 etiam Perillustrem Praesidem, cuius be-  
 neficia in nos singulos collata predicare potuit  
 esse ac ea minuere eumque per plurimas annos suf-  
 ficientem praestes, ut sub Eius Subela fruictus ab  
 Es condita ampliffimis fruictibus in dies augetur  
 Quo facto sua Praestantissima Socie-  
 tas gloria perpetuitas praestabitur, in dies  
 florentior eade.

Dixi.  


589.

*[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical manuscript.]*

*literales  
classis*

*12*

Locus Plinii

Liberalitatem juveniorem, debitor gratus,  
clariorem ingratus facit Sap. Rd. M. Pareg.

Thema inde decerpsit

Liberalitatis utcumque posita, ingentia comoda.

12. Aug. 75. g. p. 111

C. W. Welpe

L. S. Theol. Stud.



## Economia

Exord. Est officium, ad quod natura et status in quo vivimus nos obligat, alios iuvare, nam  
Sine mutuo accedens nihil in mundo stare potest

Thema Liberalitatis utcumque posita ingentia comoda  
Luce

I. Ubi confertur in gratum, iucundior

II. Sin cadit in ingratum, eo clarior erit.

Ad iucunditatem spectant sequentia

1. Benefaciendi pretium quisque petit saltem ex animo
2. Amicus, quod prestare prosit, maius non habet a more
3. Amoris caritativa est, ut delectet,
4. Equo magis, cum refertur cupienti, provocanti, merenti.
5. Hoc efficitur intima, ergo suasissima, animo cum conscia, ingenue dantis beneficia, grateque accipientis.

Ad claritatem ista valent, merenti ingratoque beneficare

1. Rarius est; plerisque animum gratum pro benefacto exquiruntibus;
2. Maius; Summa quippe bonitatis argumentum.
3. Difficilius; obiectis nempe ab ingratis hominibus impedi-  
mentis;
4. ac propter ista, conspectius, laudatius, admirabilius.

Director Excellentissime  
 Sodales honoratissimi.

In eam depressa natura humana labem est,  
 ut arcana Summi Numinis consilia recludere,  
 eorumque explorare causas nefarie audeant. Ina,  
 qualem sapientissimis huius Universi Satoribus  
 norum distributionem vitio posse dari, caeca pre-  
 tensi caligine opinantur. Veruntamen si cogi-  
 tarent stulti, non aliam ob causam magna multos  
 operam vi donari, quam ut ex abundantia sua in alios  
 erogent, eorumque consolerentur egrotatem; id si seruis  
 secum ~~com~~putarent, ineptam dei consilia reprehenden-  
 si rationem abicerent, atque ut sanctam hoc exequa-  
 mur officium, ut nempe aliorum suboeniamus nos,  
 fatalibus ipsa etiam natura impellimur. Sunt  
 enim homines hominum causa generati; ut ipse  
 inter se alius alii prodesse queant: sequerenturque  
 in hoc naturam ducem, ut quem ad modum illa  
 qua in terris gignantur ad usum hominum

omnia creat. sic illi communes utilitates offerunt  
 in medium, mutatione officiorum dandi, accipi-  
 ends: atque tum artibus, tum operibus, tum facul-  
 tatis us deconviciendi hominum inter homines soci-  
 tatem. Non enim cum in finem eminentiori  
 loco quidam a Deo constituti sunt, non ideo his  
 concessisse opes, ut domi inutiliter habeantur; non  
 ut in arca recondantur, non ut defodiantur in  
 terra: Sed ut foras liberaliter effundantur, ut  
 dispergantur denturque egentibus. Ad hoc acci-  
 dit, quod multo est pulchrius et iustius, multorum  
 parentem dici pauperum, quam pecuniosum tra-  
 beri: Aurum quippe a natura mortalibus non  
 possidendi tantum, sed multo magis utendi causa  
 datum. Sicut enim corrumpitur aqua in puteo, nisi  
 frequenter exhaurias, ita squallent divitiæ in occultis  
 nisi ad multorum subsidia in lucem splendoremque  
 perferantur; atque ut hoc exequamur iuxta etiam

securitatis nostra atque estimationis interest. Qui  
 enim liberalitate utuntur, benevolentiam sibi  
 conciliant, et quod aptissimum est ad quietem  
 dum charitatem. Videtis adeo auditoris Specta-  
 tissimi, quod nisi hoc liberalitatis officium  
 exerceatur, humanitatis que merita in alios col-  
 locentur, collabi atque interire omnia necesse esse,  
 nec stare ipsam mundum posse, optima autem  
 societatem hominum coniunctionemque servari,  
 si ut quis que est egentissimus, ita in eum ben-  
 eignitatis plurimum conferamus. Ne vero a  
 scopo proposito longius abeam, summam oratio-  
 nis mee statim aggredior, atque benigne fa-  
 vens Vobis, Liberalitatis utamque locatam in-  
 gentia comoda, sum explanaturus. Ut oero Thema  
 rationem quandam secutus esse videar, rei proposi-  
 ta veritatem ex duplici beneficiorum collocacione  
 stabiliam, atque ubi conferatur in gratum sic,  
 ut iucundionem liberalitatem, ubi in ingratum

acciderint, claritatem eo magis exsplendescere erin-  
cam. Hoc vero mihi erit validissimum bene-  
ficentiae rei incitamentum, si aliquantum tem-  
poris attentionis vestrae adiumentum mihi non  
denegaveritis.

Liberalitatem in gratum collocatam maiori ani-  
mum perfundere, quam si eadem impetatur non  
merenti, ut eo melius appareat, id in confesso esse con-  
cedendum est, ut saltem pro benefactorum pretio  
quae suo quemlibet requirere possit, ut animi quodam  
affectu in hunc feramur, qui quodvis et pressuris  
hinc nostris subvenit. Quum enim praeter hanc ani-  
mi favorem nihil ex altera parte supervit, quod  
compensationis loco benefactori suo respondere queat,  
sponte sua fluid, hoc unicum esse, quod repotere quis  
ab altero potest. Primum enim parum esse  
gratiam ob effluatas res nequit, cum liberalitatis gra-  
tuita pretiosius esse debet, quam mercenaria; quum  
vero, qui sine ulla praemii spe benignum se proba-  
alteri, id demum gratuitum esse hinc se beneficium  
dicatur; nec est dubium, quin id, qui liberalis be-

dignusve dicitur, officium non fractum sequi tenetur.  
 Tandem igitur sunt beneficia, tanquam  
 nunquam finis recipiendi, nec abiectionis modo  
 ut accipiamus, sunt eroganda. Quum tamen  
 omnis benefaciendi pretium peti cupiditas laesat,  
 quae cerit, nisi aliquo tamen modo utiliter collocari,  
 se nos beneficia intelligere mus, nec ullas alius mo-  
 di fas habendum sit, sequitur, benefaciendi pretium  
 peti ex anima debere; Amicus autem nihil in se  
 concludit efficacius nihil morientius, quam divi-  
 nam illam amoris affectionem, hic ceteras vires  
 antecellit, et impetu quodam, etiam cum sua noxa  
 benefactorem vult illi, cui bene cupit. Sufficit autem  
 voluptas cum tribuendi facultas deest. Nihil est  
 sanotius nihil divinius illo amore qui a grato ani-  
 mo perficitur, nam si Natura ipsa in hunc amo-  
 rem concitatur, in quo eminentes elucet perfectiores,  
 etsi nullis nos beneficiis sibi devinxerit, quanto ma-  
 gis hinc vicinos adicit, qui laborantes nos, et diffi-  
 cultatesque per se opibus sustentate et quasi re.

conditos amoris igniculos excitat; praesertim  
 cum non illicis lucri spe nec recuperandi cupiditate  
 ab omni avaritia ac sordibus alienis finis  
 sola tactus id fecit miseria. Ad hoc illa amor  
 summa animum voluptate percellit, et dulcis  
 finis eius in quam fertur imaginibus replet.  
 solum hanc miratur, hunc solum loquitur, obtu-  
 prescit, illi illius laudibus defixis haeret. Quomodo  
 enim fieri potest, ut non si mutum nullisque prop-  
 riendum verbis alterius in nos favorem cognaveri-  
 mus. sumus nos gaudii sensus perstringat; quod gau-  
 dium etiam adauget, vel perfectionum ab altero pro-  
 tarum possessio vis per suasio, vel etiam perfidendi  
 cupido. Hoc enim in aprico est, ut cum dum notis  
 iniici ruborem, quem alter, aut. quas habemus,  
 perfectiones laudibus prosequitur, aut si quibus ca-  
 remus, notis affingit. Atque eo vehementiori pre-  
 trahimur amore, si beneficia conferimus in cupi-  
 entem provocatam merentemque. Qui enim bene-  
 ficia ab altero expetit, summa hunc et acerbissima  
 calamitate premi necesse est. Et animi est natura

veracundia ad inuito beneficentiam aliarum im-  
 ploremus, quoniam quidem voti nostri sumam  
 aut obtinere ab altero desperamus, aut miseria-  
 rum detrectamus commemorationem. Nisi igitur  
 quicquam ad eos ferus atque ab omni humanitate  
 alienus amotus fuerit, ut eos animus oppre-  
 ssus ac votis alterius ocludere valeat, nisi potius  
 faciles opem eius imploranti praeberit aures.  
 Maiorem sane in modum afficitur, miseria eius  
 succurrisse et a calamitatum quibus agitabatur  
 procellis vindicasse; Nequa tamen eo dico, expectan-  
 dum esse in beneficiorum collocaione; donec alter  
 precibus a nobis expostulet, quum gratissima sint  
 beneficia parata, ac facile occurrentia, uti nulla mora  
 fuit, nisi in accipientis veracundia. Illud tantum  
 urgeo melius tutiusque, natura etiam nostris accessori-  
 modatius esse beneficia exhibere petenti. Primum  
 nisi alter ipse miseriam nobis exponat, non tantum  
 miseriam, tolerabilis rem quicquam eius esse fortu-  
 nam nobis persuademus, sapientius etiam nosse



git, quo animo alter beneficia sit accepturus.  
 Ad hoc accedit quod superbia notam non efflagi-  
 tanti a nobis inurimus. Nec minimum ad em-  
 baliandum valet amorem, si noverit em et dili-  
 genti officiorum executione, et quarumvis virtu-  
 tum sectatore se nobis commendantem e calamita-  
 tibus eximimus; atque hoc officii necesse est, inti-  
 mam eoque suavissimam animorum consensio-  
 nem, quam alter sola alterius miseria tactus,  
 virtutem que patientem agere ferens, ea miseria,  
 eum quergite illum extrahit, salvumque in por-  
 tum constituit, alter vada et scopulos praterve-  
 stus, gratissimo animo conversationem suam ca-  
 cipit, se suaque omnia alterius imperio subicit,  
 et in eius conversatione dulcissimis modo acqui-  
 escit.

Restat ut beneficii in ingratum collocati clari-  
 tasem vobis exponam. Primum enim rarissimum  
 est ab plane inter homines inusitatum, benefi-  
 cia alteri exhibere, nisi is viciosum aliquid pra-  
 stet, ex accepta beneficia aut compenset aut luma,

latius etiam reddat. Videli ut interminata est  
 hominis cupiditas, qui non sola, alterum juvasse,  
 cogitatione contentas maiori usura, quod dedit, recipere  
 cupit. Huiusmodi illi quidem auxilii naturam  
 potant subruunt; quam enim illud in vicium  
 stentatione et inspicit alterius sublevatione consistat,  
 consequitur, minime rebus humanis consisti miser  
 eorumque augeri numerum, si alter quod dedit, pa-  
 ri mensura reponit. Nec video omnino, quomodo  
 fieri possit, ut alterius infelicitas hac ratione  
 tollatur. Angitur enim excruciatque animus  
 rerum ipsi traditarum redditione ac acquisitione  
 occupatus, qui in potius acerbissimo in benefacto,  
 rem suam odio concitatur; qui infra omnem  
 hominis dignitatem, fontem mali non tollere, sed  
 augere, non adidere aliquid fortunis nostris, sed etiam  
 miseras invidi fati reliquias auferre nefario mo-  
 do conatur. Omnem igitur admirationem, omnem  
 laudem nostram meretur, qui modo proximo  
 inconsulto illi beneficentia tribuit, qui omnem

recuperandam spem tollit. De via maiori hoc  
 animi indicium est, sumusque benefici<sup>is</sup> gra-  
 dus. Multam quidem laudem meretur, qui huma-  
 nitatis officia in illa quoque exercet, qui facili-  
 rem fortuna aspectum meruisse, honoribusque  
 ac opibus ob recte facta decorari. At ad hoc officii  
 vim natura ipsa impellimur, nisi quis sanctis  
 sine humanitatis iura violare auserit. Homini  
 vero abiectis finis et contra ipsam rerum naturam  
 militanti beneficium se se exhibere, id demeruisse  
 suo meritoque suspiciendus colendusve est; Is etiam  
 invidis nobis stuporem nostrum extorquet. Sed  
 quid causa est, cur tam invidi, ut videtur, modo vires  
 suas profundat? Nihil sane aliud, quam eximia,  
 qua animum ipsius regit humanitas, qui nullam af-  
 flictum licet inmeritam, et cum melio merito con-  
 flicitatem, nullum omnino miseri aspectum sus-  
 tinere potest, ad meliorem frugem reduci putat, alio-  
 que olim iurare. Miramini talem et perpetuam  
 condite memoria virum, ingrato, (quo communi  
 quodam gentium omnium consensu et innotato

nihil habetur detestabilius turpius ve) prodesse  
 conantem. Huic accedit, quod, qui talem hominem  
 juvant, im enoa illis vincende sunt difficultates,  
 amori eius adversantes. Qui ppe contra eum militan-  
 dum est, qui omnia amoris vincula rumpit, aper-  
 tumque se proficitur totius humani generis hostem,  
 qui quum in famam ingratitude maculam in  
 se se abscondit, auxilio nostro indigens ipse  
 se excludit, Quia etiam, detestandam requiritiam!  
 accepta beneficia committit ac contemnit, benefa-  
 ctoriaque sui atterere famam conatur eumque ea  
 tenuare. Quae cum ita se habeant, intelligi par est,  
 nihil tali homini esse sanctius nihil admirabilius  
 nihil divinius. Is enim, vel si ipse pereundum  
 sit, in aliorum laborat utilitatem, nihilque quod  
 ad nobilitandam hominum societatem facere ali-  
 quid possit, integritatem relinquit, atque hoc modo  
 vero hominis dignitati sataget, et pro aliis, qui  
 leviora tantum et cuius obvia sectantur, summis  
 etiam periculis inconcusus, miam in modum

resplendescit //

*[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]*



De Vita Rebusque Gestis  
 VUDOVICI BAVARIE  
 IMPERATORIS.

disseruit.  
 J. C. FRACHSAND.

Med: cult.

d: xvi. Febr. MDCCXXXVI.

14

264 v. I m

# C GOSTENSA

Extincto Henrico. VII. imperatore bini reges  
 creantur. Septem annorum bellum inde ori-  
 ritur. Fridericus Dux Austria victus  
 captusq; mox in societatem regni a Lud-  
 -vico susceptus, reliquum vitæ quiete agit.  
 Truces interim ac valide Quelforum et  
 Gibellinorum partes mutuis vexationibus, habent  
 adfligunt, atq; diripiunt. Pontifex maximus in  
 Ludovicum imperatorem invehitur, seva utriusq;  
 odia et implacabiles pontificis via plurimorum  
 malorum causa existunt. Ludovicus provisum  
 majoris calamitatis in foedus cum Anglo im-  
 -pulsus fraude ibinc dimovetur. Ne quid un-  
 -majestas imperii decursuq; detrimenti capiat,  
 Franco fortana constitutione, ac principum Electorum  
 qua prima tunc erat, unione cavetur. Licentia  
 -nia insuper per Germaniam agitur. Concilii ni-  
 -mia aviditate erga se et principum odus po-  
 -stremo rex abdicatur.

DIRECTOR INSUPERISSIMAE!  
SOCIJ CONDECORATISSIMJ!

606.

Extincto Henrico imperatore Ita-  
lia est percussa, adunata Sicula-  
rum, Pisanoarum Genuensiumque  
classis, qua Henricus, Robertum re-  
gem petere instituerat, mox post  
ejus obitum dilapsa. Tamque al-  
tius spirabant Guelphi. Summam  
imperii ad peregrinam principem  
traducere ausus Pontifex, regem  
Neapolitanum, vicarium per Ita-  
liam constituit, cujus rei exitum  
ne ipse vidit. Neque pacatius  
res per Germaniam agebantur, prin-  
cipes in duas partes ire. Plerique  
favebant FRIDERICO Austriaco,  
opibus virtutumque fama floren-  
tissimo. Ad cujus partem accessit  
et Henricus Carentanus, atque  
etiam



atque etiam Rudolphus Palatinus ei-  
 dem suffraganeus ep. Alia vero di-  
 versas agitabat domus Luxembur-  
 gica, quippe urebat metus, ne Bo-  
 hemia, quam tunc tenebat, potesta-  
 ti suae subduceretur. Quare, ne  
 Austriacus eligeretur, omniopere  
 instabat. Statuto itaque die con-  
 venire principes. Concessit Frederi-  
 cus eadem sibi addictis principi-  
 bus Transmoenum Saxenhus, ubi  
 rex creatus est. Moguntinus e-  
 contrario Archiepiscopus Franco-  
 furti Ludovicum Navarrae desig-  
 navit, usque mox in S<sup>ti</sup> Bartholo-  
 maei ede vetere instituto eleva-  
 tus, atque populo publice monstra-  
 tus. Inde VII. annorum bellum, ge-  
 matria funestum, conflatum est.  
 Pleraque civitates imperii, omnisque  
 regio Rheno adiacens, Helvetii post  
 Ludovicum sequebantur. Franco-

futorum atque Aquisgranenses aditu  
 Fredericum prohibuerunt. Sed tractum  
 in bellum in longum est. Ad extre-  
 mum vero uterque bellici laboris  
 perlassus, Fredericus atque Ludovicus  
 acie tandem decernendum statuit,  
 jamque apud Mukldorfium conflictum  
 est. Priusquam id fieret, Leopoldus,  
 Frederici frater, Helvetios ar-  
 mis petiit, apudque Murgastam  
 proelium commisit. Helvetii inde foedus  
 quod ante jam percussum erat, in  
 perpetuum firmarunt. Itaque duo re-  
 ges eam valido ac proeliandi cupido  
 exercitu obviam sibi proficiscun-  
 tur. Expectabat Fredericus  
 subsidia, quae vero interceptis nun-  
 tiis nec missa fuere. Tamen  
 milites Frederici, ad pugnam  
 proni, hac re non deteriti, sed con-  
 stanti et infirmi animo hostem invadere.

Illatis signis superior discessit Rudovicus  
 Magnus in eo proelio fuit Svevica  
 manus, Bavaroꝝ dux, qui tam  
 facile vento utebatur, ut facilius  
 victoria redderet. In tanta fortu-  
 na invidia versabatur Fridericus,  
 ut vel ad captivitatem redactus sit.  
 Quo comperto frater ipſius, Leopoldus  
 Austriae dux, quantum potuit, labora-  
 bat, ut rex captivus libertatem re-  
 ciperet. Sed diu rem distulit Rudovi-  
 cus. Ad extremum tandem, undiq; solli-  
 citantibus principibus ipse se con-  
 sulit Trauſniziam de pace cum Fride-  
 rico accutus. Prima hac pace Fride-  
 ricus imperii iure se abdicavit,  
 libertatisq; reddebatur. Neq; vero  
 hoc placuit Austriaco genti, quare  
 ne esset pax et religionis viola-  
 ta sponte in captivitatem rediit.  
 Monachi tunc secunda agebantur pactis,  
 in qua tandem absolutum est, ut in so-

civitatem regni admitteretur Fride-  
 ricus. Sed adhibitis abans Germaniae  
 principes utrum Ludovicus quemquam  
 in consorcium adire possit. Plego vero  
 magno fuisse Frederici partes in  
 rebus imperii; aliquos annos post  
 diem obiit supremum. Turbatissimus  
 inter haec Italiae status fuit. In-  
 explicabiles rixae orta cum  
 Romano Pontifice Joh. XXII., qui  
 dum temporis Avenione sedebat,  
 truci ingenio, et in regem nostrum  
 asperrimo et inexplicabili.  
 Dissensionis causa talis fuit. Graf-  
 Sabantur duo per Italiam factio-  
 nes, aduersae et potentes. Ludovi-  
 cus ad firmandas Gibellinorum par-  
 tes exercitum in Italiam mi-  
 sit, eoque legatum pontificis ab  
 obsidione mediolani discedere coegit.  
 Tum exarsit inimicitia pontificis.

neque peperit, ut dicitur imperatori.  
 Equidem in his lenius agere videba-  
 tur, intra trium mensium spatium  
 imperio se abdicare iubens. Sed  
 asperum et iniquum imperatori  
 visum est, quare publice se defendit.  
 Ita se pontifex magnus sibi contra-  
 dit obsequium, minatur, nisi intra  
 hoc tempus, quod ei ad hoc conces-  
 sum parvisset, sacris ei interd-  
 ctum iri. Post id fulmen suum  
 detonavit pontifex, atque eo usque pro-  
 cessit, ut clientis et subditos omnifide  
 et obsequii vinculo exsolveret, om-  
 nes regi addictos, haereses labe,  
 infectos pronuntiaret. Improbatum  
 est id factum tum a singulis, tum  
 quoque ab universitatibus littera-  
 ris Bononiensi, Parisiensi alivis,  
 publicis scriptis. Tunc tempus vi-  
 sum est Imperatori in Italiam pro-

fieri fecerit. Romanis quidem Impera-  
 torem, utcumque facerem interdictionem  
 benigne excepere. Pisano contra  
 civitas, ab nostro rege abalienata,  
 certam ei pecuniam promissit, si  
 se non adiret. Quae res ad eos ani-  
 mum ipsius exacerbat, ut vin-  
 dictam illinc sumere statueret.  
 Indigne ut par erat, injuriam  
 tulit, ut per vim urbem expug-  
 naret. Hinc Romanam perrexit,  
 insolitae atque sollemni ritu co-  
 ronatus est. Neque a Pontifice, neque  
 ipsius auctoritate diadema augusta-  
 le suscepit. In negotium quatuor  
 nobilibus Romanis datum est.  
 Contra pontifex liberae alias super  
 alias in Italiam misit, ut Impera-  
 torem ab urbe amoverent. His consti-  
 tutis eo processit imperator, ut Johannem

pontificem ex consensu cæterorum Italianæ  
 principum, consentiente divi Francisci  
 ordine, prosum exautorare debet. Mox  
 publice res peracta. In hunc finem  
 res abas fuit in loco publico ponti-  
 ficis crimina, et pontificatu in-  
 dignus iudicatus est, in episcopo Locum  
 successit Nicolao. Ipsum tamen malo  
 fuit imperatori. Nempe alexandro ponti-  
 ficis et Monachorum, eundem contem-  
 tantium gregi, quum opes non suffi-  
 cerint, et Romanorum animi, ob im-  
 peratam sibi pecuniam a Ludovico  
 abalienati. Coactus itaque quasi  
 abcessit, quum alimenta atque pecu-  
 niæ ibi non suppeditarint. Roma  
 imperator Ticinum transiit, ibique  
 cum fratris Rudolphi, qui interea  
 oculi decesserat, filii passionem  
 perfecit. Huius quidem viri ut  
 Dolphi filii in Palatinatum resti-

tibi sunt, cum aeterno electoratu voto.  
 Sed magis tamen indies operabat impera-  
 torem factorum interdictum, qua  
 si exsolveretur ei, omnem operam  
 interdit. Nimis dura et aspera fue-  
 re, quae imperatori injuncta sunt  
 a pontifice. Haec erat summa: ut pla-  
 ne pontifici obediret; quaecunque  
 antea fecisset irrita declararet; reum  
 se agnosceret; imperio denique ab-  
 dicaret. Deditignatus est imperator  
 talibus conditionibus se submi-  
 ttere. Haec odia duraverunt, et in-  
 dies magis invaluerunt. Dudum op-  
 taverant omnes boni, ut aliquod  
 concilium ageretur, quo et ini-  
 micitia pontificis fortasse ex-  
 tingui potuisset. Quum vero in  
 eo esset, ut haberetur pontifex  
 ex vita excessit, relictoque apud prope  
 infinitis. - Benedictus in ejus locum



reatus est. Hic amicitiae imperatoris  
 pristinae recuperanda a mendacis  
 sine interitu, certo quoque in gra-  
 tiam cum eo redisset, si eili-  
 cuisset. Obstantes semper reconcili-  
 ationi trium regum desideria, qui-  
 bus e re visum est, producti literae.  
 Præterlapsis aliquot annis facta est  
 et Benedictus eo nomine XI. Hic  
 successorem habuit Clementem si-  
 milem ingenio animoque Bonifacio.  
 Consueverat is Ludovicum Bava-  
 rum ad pellere Bavarum. Et antea  
 liberalibus Caroli Bohemici studiis  
 dux et moderator gratificatus, eidem  
 olim predictum omnibus modis pa-  
 rare studuit imperium. Tum intellexit  
 facile imperator, nihil se esse effectu-  
 rum apud pontificem. Sed quoniam  
 res agi videbatur communis imperii, con-

fultum est, prohibere, quo minus jure  
 atque majestatis regni committeretur.  
 Hinc prima electorum unio orta  
 est. Summa fuit haec: ut electores  
 conjunctis viribus, majestatem  
 deorsus impetii tuerentur, non ulla-  
 tenus a quopiam violari passuri,  
 atque, quem electores regem voluissent,  
 ab omnibus haberetur. Exordium  
 vere praesidium in opibus Anglorum  
 residebat; illos in partes suas traxit,  
 foedusque percussit: Calliditate vero  
 Gallorum effectum est, ut Ludovicus  
 id pactum non servaret. Spem quippe  
 injevit Gallus ut cum pontifice  
 reconciliaretur, operam se daturum.  
 Quae vero dandum per speciem quandam  
 facta sunt. Mirandum hinc non est  
 in tanta rerum perturbacione impera-  
 torem et animo fractum, et opes ejus

imixtas, ne posses licentiam, usque  
 quaque ingratis & entem, reprimere.  
 Nec dum quiescit pontifex, sed efficit tan-  
 dem, ut Carolus in ipsius locum au-  
 gustus crearetur. Accessit alia cala-  
 mitas, quod plerique imperii proceres  
 ob nimiam aviditatem, quam per varias  
 occasiones monstraverat, odio eum  
 habebant. — Novas terras parandi cu-  
 piditatis specimen imperator in  
 successione Brandenburgica. Desce-  
 rat enim ibi Hecanica Stirps. Propin-  
 quitatis jure ad Sullatinos et  
 Saxones pertinere videbatur successi.  
 Neque vero rationem eorum habuit im-  
 perator, Electoratu Brandenburgico  
 clientelari vinculo in filiis Hen-  
 dovicum seniore collato. Ma-  
 gis displicuit proceribus aliud  
 factum. Desuato Henrico Laurentio  
 disceptationem est acriter interfi-

-liam ejus, et principem Austriacorum.  
 Ea res ita composita, ut Carantanus  
 ducatus Austriaco cederet, Tyrolen-  
 sis vero Margaretha maneret. Hac  
 nupserat principi Bohemico, sed cum  
 non conveniret cum marito, sese ab  
 eo sejunxit. Huius rei sum se imif-  
 -cuius imperator, quippe comitatus  
 Tyrolensis multum commoditatis  
 ob filium adfereret. Bavariis  
 debitis, quare auctoritate sua  
 matrimonium diremit, ipsamque  
 uxorem dedit filio electori Bran-  
 -denburgico. Talibus Ludovicus  
 -dium et invidiam Germania sibi con-  
 -flaverat, postremo exauctoratus.  
 Carolus interim in Italia versaba-  
 -tur; pontificisq; gratiam plane spi-  
 -rabat. Hic priusquam eligeretur, Ro-  
 -ma innumera pene promittere cogebatur.

Quae cuncta magna posthac religio  
 Dne servavit. Quibusque electorum  
 suffragiis Carolus rex renunciaba-  
 tur. Attamen hic impar erat, dum  
 viveret Ludovicus, neq; opibus i;  
 neq; amicis destituebatur. Optum  
 inderea bellum in Gallia, quod Caro-  
 lus cum patre suo Johanne, Bohemiae  
 rege secutus est. Jo. Johannes, quan-  
 quam inde a longo tempore lumini-  
 bus caruisset, tanta pugnandi cupidi-  
 tate ardebat, ut melius inter duos  
 equites, omni impetu in hostem issue-  
 ret, sed quoque commisso sibi proelio  
 certandi voluptatem hinc, vulnere  
 quippe depresso, cecidit. Post idem  
 -pus Carolus in Germaniam rediit,  
 mox se subripuit in Bohemiam,  
 donec tandem Ludovicus finiretur,  
 inter venandum equo eversus sensu simul

utaque caruit. Quam subitaneum obitum  
 etiam vindicta celestis indicium esse  
 interpretati sunt imperatoris obstre-  
 -toris. Itaque a pontificis divinis devotus,  
 usu sacrorum prohibitus, occubuit. Un-  
 -dique jam cuncta, Carolo Bohemia regi  
 patuere. Libero expeditoq; per omnia  
 accessu, paratis et in obsequia prout  
 principum civitatumque animis in  
 medium se proferbat. Nisi quod ex pon-  
 -tificis iniquissima postulatione nova  
 difficultas obstructa est, et Bavaria  
 domus inveterata in Carolum odia,  
 et adversi regis electio mox alia peri-  
 -cula laboresque concitavere. Quae  
 mala, quemadmodum Carolus superaverit  
 ac solus tandem quieto imperio poti-  
 -tus, paxque et concordia per Germaniam  
 rursus coaluerit, nec loci huius, nec  
 .instiduli mei esse arbitror longius ex-  
 -sequi. —

*[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical document or letter.]*

*[Faint handwritten text visible on the adjacent page to the right.]*

Locus Plinii.

Cui nil ad augendum fastigium superest, hic  
 uno modo crescere potest, si se ipse submittat.

Thema inde eacerysil

Alliosima quoque dignitas ea submissione  
 sui fit illustrior cariorque.

C. F. L. Ponnlag.

d. xxvi Febr: 1776.

2657. I or

1151



Exord.

Quod si divinitatem ipsam inluamur, et quibus demum modis  
ex mortalium mentibus patet, et in sui cultum admira-  
tionemque illas adducal, sic hoc effectum videmus, ut ad res hu-  
manas sese demitteret, gratia sua et cura et providentia  
atque aperitissimis presentia sua argumentis cuncta com-  
pletens.

Atque

Thema.

Allissima quoque dignitas ex submissione sui fit illustra-  
tiorque

¶ I. In quo carnatur ista submitio, primo loco debet ad parere.  
Cui videntur vel maxime pertinere

1., aditus facilis. Male enim magnitudini sua consulunt, qui  
reverentiam majorem sibi conciliaturi, accessibus bonis se subducunt  
2., Comitoratio. Hoc quippe injustius quicquid verbis cultus terret,  
quo plus potest ad spectus et affabilitas, ac debet etiam ad fere-  
terit lenimentum et gaudium.

3., perpetua cunctisque patens bonitas: qua quidem non levitatem  
ullius fastidit.

 et in multas res se extendit. Nos  
 eam in eo perspicimus, ut aliorum  
 moribus studiisque inferviamus.  
 Is, qui hac virtute praeditus est,  
 homo ad aliorum vitam rationem  
 et consuetudinem se accomodat.  
 Non obstinate alius obstrepat, nec  
 que voluntati atque desiderio eo-

rum contradicit. Sed in omnibus  
 potius rebus obsequens est, libere  
 terque omnia, modo non cum rati-  
 one vel communi societatis con-  
 do pugnet, concedit. Ex suo quere  
 que ingenio, si liberaliter est in-  
 flitutum, facere finit, neve per  
 vim alio trahit. Cuius natura  
 adversariam, quidve societati  
 hominum periculosius, quam homi-  
 nem, qui libere et sponte agere so-  
 litus est, cogere ad faciendum ali-  
 quid, quod, si per se stetit, nun-  
 quam facturus fuisset. Facilis ve-  
 ro longe mitior leniorque est. Ille  
 neminem cogit, nemini que vim  
 aliquam adfert. Si vero quem vi-  
 dit imprudenter et inconsidera-  
 te agentem, aut si intelligit,  
 hominem suis commodis actione

quadam officere et obstruere, tunc il-  
 le hominem humaniter informat,  
 illumque graviosimi damni, quod  
 futurum esset, si actionem hanc com-  
 mitteret, convincere studet. Hoc vir-  
 tus in hoc quoque sese caferit, ut ni-  
 hil cuiquam, modo recte et iuste  
 petat, recuset. Nihil eum avocet,  
 nihil impedit, quominus alicujus  
 precibus obsequatur. Cuiusque per-  
 suasum habere potest, nunquam  
 se ullius rei repulsam ab illo esse  
 laturum. Cuius quid modo exultu  
 alicujus, ut ita dicam, intelligit,  
 quod petiturus est, id jam, ante  
 ipse petit, maxima cum volup-  
 tate et alacritate perficit. Om-  
 nia sua patens cuique, miseris  
 proferens et fortuna afflicta-  
 ribus nihil negat, sed divitias su-  
 as quoque ad eos redundare finit.

Quam multi sunt <sup>adco ferrei</sup> qui, licet divi-  
 tiis opibusque abundant, eas ta-  
 men aliis procludunt, neque moven-  
 tur, si alii, summa inopia atque  
 paupertate preesi, gemunt, et  
 sepius pereunt. Facilis vero num-  
 quam desistit, nunquam defatiga-  
 tur benefaciendo, et divitias non a-  
 liam ob causam ei a Deo esse con-  
 ceptas, existimat, quam ut iis ali-  
 orum inopiam sublevare posset.  
 Nec minus virtus hac in eo efful-  
 get, quod aliorum quoque causa,  
 ubi opus fuerit, non gravate sus-  
 cipit. Facilis si vidit quem ab ini-  
 micis suis exagitatum, aut culpa  
 aliqua graviori, quam re ipsa est,  
 oneratum, partes ejus suscipere  
 non dubitat, et eas diligentiossi-  
 me tuetur. Inimicis injuriam,

qua illum afficiunt, ante oculos  
 ponit, culpam, quo antea intende-  
 batur, minuit, et tandem amici-  
 tia opere ejus reconciliata, eam  
 bene diligit. Neque minus ipse ir-  
 rata offensaque condonat, eas non  
 acriter et vehementer vindicat.  
 Ad ignoscendum semper eos para-  
 tissimus. Injurias, quo ei ab aliis  
 inferuntur, equo tulit animo, ne-  
 que iracundia aut vindicta cupi-  
 dine effervescit, sed inimici poti-  
 us officio studisque reconciliare  
 sibi studet amicitiam. Tandem  
 facilitas est in hoc se offendit, ut  
 leniter et humaniter perperam  
 facta corrigat. si quem videt ni-  
 mis longe a virtutis tramite  
 aberrare, et proclivem vitiorum  
 viam ingredi, tangitur miseri-  
 cordia miseri iotius hominis, quo-



niam cum in maximam calamitatem et in apertam perniciem  
 incurvere, facile intelligit. Hinc illum acriter humaniterque ab  
 illa perniciosissima via avocare et deducere studet. Numquam  
 desinit, numquam finem facit hortandi eum atque orandi, dum  
 ipsi contigerit, hominem a perditum atque aberrantem  
 in rectam viam traducere. Nunc mihi satis eas partes, in quas se  
 extendit prestantissima hoc vir-  
 tus, explana se videor. Jam mihi quoque de clementia indole dicendum est. Clementia potissimum  
 duplex est, civilis nempe, qua utitur princeps erga subditos, et domestica, qua utitur parens erga liberos. Primum ergo loquar de civili. Quamvis princeps quique

que omni virtutum genere ornatis.  
 finis esse debeat, et ejus vita ali-  
 ro, ut virtutum exemplar in al-  
 tiori specula proponenda sit, nul-  
 la tamen ei illa aptior, nulla ac-  
 comodatior. Hac enim virtute si  
 ornatus est, princeps finem, ob-  
 quem ipse rei publica preest, sibi  
 semper ante oculos ponit, neque  
 unquam obliviscitur, suum esse  
 omnia ea, quae e Republica futu-  
 ra esse, animadvertit, facere. Ci-  
 ves suos, ut filios contemplatur  
 et amore illos semper paterno pro-  
 sequitur. Salutem illorum, atque  
 felicitatem, quibus modo rationi-  
 bus proficit, promovere studet, eam  
 que sibi supremam esse legendu-  
 cis. Non fastidit ille preces civium  
 sed maxima hac ei est voluptas, quos  
 videns fortuna offensus reddere  
 quos feliciores. Quod iota virtu-

te pulcherrimum, quidve divinius? Tamen sua  
 li enim modo se gerente, proxime quatuor  
 ad Deum accedit, eique simillissimus fit. Id si minus intelligi-  
 tur, quanta sit huius virtutis  
 prostantia, ea opposito ei vitio  
 crudelitate perspicui potest. Voc-  
 bes atque dies crudelis princeps id  
 unice agit, ut subditos suos novis  
 semper modis vexaret. Felicitas  
 eorum ei minime cura cordique est  
 sed intercludit illis potius omnes  
 vias, ne eam consequantur. Co-  
 des anhelat, et utitur his cadi-  
 bus ad bona occisorum ad se rapi-  
 enda. Neque ille tyrannus precis  
 bus aut lacrymis civium com-  
 movetur, sed rejicit illa, tanquam  
 in eorum interitum jurasset.  
 Clemens vero princeps nulli ope-  
 ro, nulli labori parcat, ut terras

rum suarum flos magis magisque  
 augeatur, gaudet ille, quoniam  
 suam ipsius salutem atque opes  
 a populi sui opibus pendere, faci-  
 le intelligit. Venio nunc ad clemen-  
 tiam domesticam, qua utitur  
 pater erga liberos. Parentibus a-  
 morem erga liberos jamjam na-  
 tura iniecit. Hunc vero amorem  
 augere semper et excolere studet  
 clemens pater, eumque signis ma-  
 nifestat. Non satis habet, procre-  
 asse liberos, eosque conservasse, sed  
 et felicitatem illorum omni ope  
 amplificare nititur. Hinc liberis  
 a prima etate precepta sapien-  
 tia, rerumque divinarum et huma-  
 narum scientiam instillari cur-  
 rat, neque ullis sumptibus parcat,  
 ut ingenia illorum acuantur, et  
 ipsi ad omnes honestas artes insti-  
 tuantur. Eos ab omni otio, luxu

omnibusque vitio, quo sanita-  
 tem ac vires animi proflernunt  
 avertere et deducere studet, eo-  
 rum vero animos ad pietatis vir-  
 tutisque amorem inflammas. Quia  
 multum ergo differat ille a diffi-  
 cili, et crudeli in suos liberos pa-  
 rente. Ille sane indignus parentis  
 nomine est. Incuria enim sua effi-  
 cit, ut vita eorum et intellectus  
 quam maxima capiat detrimen-  
 ta, iisque, ut ipse maximis tur-  
 pifimisque vitio imbutus est  
 ad omnia scelera facies proferat, et  
 sic teneros illorum animos quam  
 miserrime corrumpit. Nonne hic  
 melius fecisset, si liberos nunquam  
 procreasset, vel eos statim a par-  
 tu occidisset. Tunc enim ex civi-  
 tate exhausta esset futura illa  
 sentina, neque unquam in peri-

culo versarebur, a fecleratio ali:  
 quando civibus ad exitium et va:  
 sitatem vocari. Clemens vero pa:  
 ter non illorum modo salutem in  
 educatione spectat, sed prospicit  
 quoque, ut boni aliquando et tibi  
 rei publice utiles cives evaderent.  
 Nunc ad alteram orationis meae par:  
 tem me vertam, in qua Comoda et  
 prestantissima emolumenta, qua  
 has virtutes sequuntur, vobis, Audi:  
 tores Honoratissimi, demonstrare  
 volo. Quamquam neminem vestrum  
 esse, ediotimo, qui illa in dubium  
 vocet, aut qui ea ex illarum indole  
 non perspiciat, tamen, ut harum  
 virtutum pretium eo melius e:  
 luceat, magis ea explanare con:  
 tendam. Primum haec virtutes ad con:  
 servandam vitam universo societa:  
 tem aptissime sunt, et egregie  
 juvant. Cum enim finis huius pa:

civitas non alius fit, quam ut  
 nobis invicem auxilium feramus, nobis  
 que officio studioque vitam reser-  
 vamus suavis finam, nullas sane  
 alias invenio virtutes, quo huic  
 fini magis respondeant, quam has  
 ipsas, facilitatem atque clemen-  
 tiam. Cuius enim virtus hominem  
 magis ad officia prestanda, ad auxi-  
 lia omnibus, qui illis indigent,  
 ferenda, ad aliorum denique felici-  
 tatem pro virili promovendam  
 invitat. Cuius principis potissi-  
 mum virtus subditos adducit,  
 ut illum ament, utque fidem er-  
 ga illum singularem conservent,  
 quo denique virtus principis effi-  
 cit, ut non reculent, fortunam  
 suarum, quid? quod sanguinis pro  
 principe periculum facere, quam  
 clementia? Quam vero sint ne-  
 cessario in hominum societate,

facile intelligi potest. Tingatio  
 vobis velim homines, qui societatem  
 inierunt, asperos natura, et iniquos,  
 quam diu putatis duraturam esse  
 eorum societatem? quam subito vincu-  
 cula illa rumpentur atque scinden-  
 tur. Neque ea disensiones et discordia  
 diriment et dissolvent. Principe ve-  
 ro si elatius se gereres, subditioque  
 onera imponeres, quo sustinere non  
 possent, et omnem in eos crudelita-  
 tem exercere velles, nonne illi fla-  
 bim ab illo deficient, eumque deserent.  
 Et tunc nullo modo caveri potest, quo-  
 minus bella civilia exardescant, quo  
 nulla res, quam interitu totius civi-  
 tatis extinguere possunt. Ubi vero ad  
 ista avum virtutum regulas vivitur  
 quid aliud oriri potest, quam summa  
 inter populum et principem con-  
 cordia. Tunc terra hoc latissime flo-  
 rebit, et firmissime stabit. Ne-  
 que hostis tam audax, tamque te-



merarius erit, regnum, quod vidit  
 concordia fideque stabilitum ab-  
 que munibus, aggredi, nisi velit,  
 ut omnes suo opere hoc scopulo fran-  
 gantur et pene pereant. Nunc ad  
 alterum, quod nobis ex hisce virtuti-  
 bus redit, commodum progredior.  
 Quidem enim amicitia facillime  
 paratur et conservatur. Amicitia  
 nulla alia re oritur, quam si quis  
 studiosum atque benignum in ali-  
 quem ostendit animum, alter  
 vero hac re commotus eundem redar-  
 mat, pariterque illum sibi offi-  
 cium obstringere studet. Facilio-  
 ribus benignum se prebet, omni-  
 busque in rebus liberalem grati-  
 ficandi voluntatem ostendit. Om-  
 nia, que amico debet, officia, li-  
 cet quoque aliquando aliquis in  
 commodo conjuncta sint, liben-  
 tissime persolvit, neque unquam

defatigatur, beneficiis eundem cumu-  
 lare. Omnis morositas, omnis asper-  
 ritas quam longissime remota sunt  
 eorum vero loco humanitas atque  
 facilitas regnant. Hinc fit, ut omnes  
 non possint non eundem carum habere,  
 et summo illum amore complecti.  
 Principi nil magis quam fidelis  
 amici opus est. Quomodo enim fi-  
 eri potest, ut universam solus rei  
 publicae molem sustineas, sed habe-  
 at quoddam necesse est, eorum hu-  
 merito partem illius imponat, et  
 quibuscumque consilia ad communem  
 rei publicae salutem spectantia in-  
 eat. Hos vero nulla alia re, quam  
 clementia comparare sibi potest.  
 Optimis saluberrimisque consili-  
 is eundem instruunt amici, et ejus  
 utilitati omnibus modis confu-  
 lunt. Tyrannus vero omni fide et  
 amore destitutus est, cum in ipso

nulla sit fides, nulla caritas. In-  
 felicissimus ergo merito habetur,  
 quum ei amicorum inopi vi-  
 ta degenda est. Nullibi infidus vacu-  
 us est, quoquo se vertat, infidus ei  
 feruntur. Iis quoque, qui ex amicis  
 ejus esse simulant, ut primum oc-  
 casio datur, e medio eum tollere par-  
 rati sunt, ut civitatem ab hoc im-  
 manissimo monstro liberarent.  
 O infelicissimam tyranni vitam!  
 Clemens vero princeps unicuique  
 subditorum suorum carissimus est,  
 et tantum abest, ut illum inter-  
 ficere querant, ut suam potius  
 vitam pro illo profundere non  
 dubitent. Si vero ei ex hac vita  
 discedendum est, quid mirum? si  
 eum lacrymis gemitibusque prose-  
 quuntur, et memoriam ejus poste-  
 ritati conservandam colendamque  
 tradunt. —

Ex rebus minus secundis  
facile oriri posse  
suspicionem  
expouit

J. Petr. Hebel. Trud-stad.

7. Julii 1776.

~~1<sup>o</sup>~~ ~~2<sup>o</sup>~~

aus Terenz

quam quon  
litare, at  
tamen in  
maxime p  
ulari vob  
tas quam  
certum en  
ter eos qu  
quam fini  
quos ling  
verba fac  
demifione  
venti bin  
qua alios  
hos verba

Director Gravissime

Sodales honoratissimi,

Quam quam conspectus quidem vester me ex-  
citare, atq; ad eloquendum animare debeat  
tamen in mentem nonnulla veniunt, quae ita  
anxium sollicitumque me reddunt, ut nisi sin-  
gulari vestra humanitate niterer, tacendum pro-  
tius quam dicendum mihi esse iudicarem.  
Certum enim habeo quam difficile sit, ut in-  
ter eos qui omni lingua latina apparatus  
quam fieri potest intractabilissimi sunt, ego  
hujus linguae merito tibi surgam atque  
verba faciam. Vos itaque qua ipsorum animi  
demissione rogatus volo, ut iam mihi dispe-  
renti benigniori manum prebeatis aures, et  
qua alios ante benevolentia ante me ex hoc  
loco verba facientes complexi eritis, eadem et

me complecti dignemini.  
 Etsi non oratissimi Auditorum suad iam om-  
 nium ore tritam sit, quot capita tot sensus  
 et suum cuique pulchrum. Istud tamen  
 observare est, omnes quanta vi ingenio  
 et moribus differat, in eo conspirate ut vi-  
 tam beatam et tranquillam sibi omnes  
 exoptent. Quis que trans actis laboribus qui-  
 tis tenetur desiderio. Est enim inter tot fe-  
 licitatis atque beatitudinis genera id potes-  
 simum ut ego arbitror referendum, ut tran-  
 quillus nolis sit animus, qui non malefacto-  
 rum conscientia, non infami habendi cura  
 non nimio affectuum impetu, non insidia-  
 rum inimicorum metu perturbetur. Fin-  
 gite enim vobis hominem, qui assiduis mala  
 conscientia furis exagitatur. cui nil nisi  
 seclerum suorum ob oculos versatur poe-  
 na, quam misera ejus hominis sunt vices

irces. Fugite si placet hominem, qui nullum  
 non movet lapidem, ut ingentes pecuniarum  
 Thesauros sibi acquirat. qui cruciatur non  
 solum cupidine ea, quae habet augendi, sed  
 amittendi quoque metu qui maximas inter opes  
 incipit atque egenus, qui studio atque amore  
 habendi senescit atque imoritur. qui tanto a,  
 more suas profectiones amplectitur ut membra  
 ab eis divellere ac distrahere citius possit,  
 quam quicquam ei eripere. Hic certe iratus  
 Jis est natus, hic certe qui comiseratione  
 dignus habeatur meretur. Considerate eum  
 qui adfectuum turgidis velis rapitur, quocumque  
 quae fera libidinum tempestas eum vocat  
 qui nimis suo impetu non solum plurimas  
 caput incommoditates sed in extremo adeo in,  
 cidit calamitatem. Ponite denique ho,  
 minem qui nequam tutam se esse credit  
 qui insidiarum et laqueorum hortum, va,  
 na ac inani meta ex cruciatur. Si quid



unquam certe ejus modi metus est, qui omnem  
 hinc animum tranquillitatem atque quietem  
 ex animo nostro removet. Eoque magis homi-  
 nis ad suspitionem praevisi vices dolendas esse  
 arbitror, quod plerumque illi, qui inimica  
 fortuna mactantur, suspitionibus auge-  
 ant suam calamitatem. Regna haec res  
 est de qua plura verba faciuntur, quod  
 et iam animo mihi proposui.

Potest nobis potest et aliis suspici-  
 onis esse causa infortunium nostrum.  
 Est quidem communis illa, quae omnibus mor-  
 talem pectoribus infidet laber, ut invidia  
 atque ira hominum inter se tanta sit, ut meri-  
 to aliquando suspitione trabamur, et ab  
 aliorum iniuriis nobis cavemus. Solum  
 illud hominis est, quod nulla quidem certis  
 patitur, ut ab aliis pertinaci interdum  
 odio ac invidia persequatur. Res sane

Spectaculo digna, homini ab eo solum animali  
 quod unicum ad Dei imaginem creatum est,  
 solum hilari fronte amicisque oculis praeditum,  
 solum ratione et oratione, quae certe amici-  
 tiam alere possent, ut ab eo solum, ejusque  
 insidiis sit nobis cavendum. Hinc non mi-  
 rabimur suspitionum omnia esse plena  
 Duplici autem modo infelix ad suspensionem  
 potissimum duci potest. primum ita, ut  
 si ex<sup>o</sup> summo felicitatis atque gloriae honoris  
 fastigio, ad infimum usque gradum de-  
 cecti sint statim suspicio eis oriatur, ac  
 si quis invidia id eorum fecisset. Nec id est mi-  
 rum, ex quo enim, communi contagione omnis  
 mortaliū natura deperdita est atque cor-  
 rupta, semper scintilla quaedam, male, imo  
 pessima suspitionis in nobis met residet, ita  
 ut, si ne minima quidem ad suspensionem  
 nobis occasio data sit, semper cogitemus, hanc  
 hoc alium illud in nostrum damnare moli,

ni nobisque infidiari. Et si vellemus Hono-  
 ratissimi Auditorum Historiarum monumen-  
 ta, de iis quo nostris temporibus contingere  
 et iis quo ob vetustatem a nostra memoria  
 remota sunt excutere, quantus exemplarem  
 Theaurus hinc nobis recluderetur. hunc  
 rem queso considerate, si homo nulla  
 causa permotus, tam pronus ad suspici-  
 onem est, quantam evadere illam putatis  
 si aliquid accedat quod minus senarum esse  
 videatur. Jam putat hunc splendoris sui  
 pristini invidia tactum, eum precipitare,  
 se, si quid amittit, statim suspicio ei  
 oritur hunc vel illum clandestinum ei fur-  
 ripuisse. Et si quodamque in malam partem  
 semper accipit. Alterum quod ex infortu-  
 nostro nobis oritur suspicionum genus id est  
 ut ob res nostras minus se curas, contentum et  
 ludibrio nos ab aliis haberi patemur, Sicutur

quidem qui ita superbia sunt inflati, ut eos qui  
 inferiori fortuna nati sunt contemnant atque despi-  
 ciant, sed parum libet, ut ideo omnes ab omnibus  
 tam leviter despiciantur. Quisquis tantulum iniqua  
 habebit sanguinis, ut eo de cedat, illum qui omni-  
 no comparatione magis quam se contemptu dignus  
 est tam leviter aspernare. Porro homini impo-  
 tentia sua suspicionem excitat, timet ne quis  
 cum nulla ei nocendi potestas sit manum ipsi  
 iniuriam inferat, omniaque nequidem tangentia illum  
 in sui contemptum atque ludibrium accipit. Et si  
 innumeris modis suspiciones ei varie excitantur  
 hunc satis clucebit, quot et quanta suspitionum  
 genera misero ex infortunio suo oriri possint.  
 Quod alterum suspitionum genus, ex infor-  
 tunio nostro ortum ducens attingit, & cum priori  
 fere idem est iisdem fere effectibus, ex eadem  
 fere causa oritur, quarum de his paucis absol-  
 vam ac postea de damno suspitionum et earum

evitendi modo pauca verba faciam. Sapius acci-  
 dit ut is cui aliquid committimus, vel malignitate  
 vel ignorantia aliove modo nos decipiat, Sapius  
 fit, ut in morbum quemnam implicati, sana-  
 tionis curam medico credamus, qui cujus in  
 sanando tanta est ignorantia, ut nil efficiat  
 nisi quod auferat numos, multoq[ue] pejorem quam  
 acceperat egrum relinquat. Sapius cui pecuniam  
 committimus aliquid conservandum, sin reposcimus  
 perdidit dissipavit seque accepisse negat. Sic  
 deceptos et illusos nos suspiciosos tandem fieri  
 necesse est. Unde haud raro fieri solet, ut is  
 cui minus quidem fortuna videat, si res quas  
 nobis potestates est, minus prospere evenit  
 quamquam integerrimus sit pro importore habe-  
 atur. Si quid alium furripitur in neminem  
 habebit suspitionem, nisi in eum, & cui tenus  
 opes nullae facultates exiguae amicorum copia

res angusta domi sunt, facile enim Divis  
 suis rebus commoveatur, ut saltem quod ajuerit  
 in alio no. segetem mittat, qua se levare  
 tristem ac duram vitam credit. Possunt  
 dein et eo pervenire homines ut susipientes  
 nos ob nostram miseriam illos ipsos susipientes  
 habere. id qui fieri possit iam in prima  
 orationis mea parte demonstravi. Sicuti enim  
 si quis non bene nobis cum loquitur si  
 truci nos afficit vultu fatum suspicamus  
 illum infortunii nostri causa pro nihilo  
 nos habere, ita alius si nos id em fecerimus  
 fatum subibit cogitatio, in se nos suspicari.  
 Potest porro alius si quidem amica gaudet  
 fortuna, in suspitionem adoluci nos ipsi  
 invid esse. Sapius enim dauidit quod diffi-  
 teri nemo potest, ut ex bona ac prospera  
 ra aliorum fortuna nobis suspicio oriatur.

Res sane non homine digna. Omnes quippe  
 relique animi perturbationis a natura  
 infirmitate promanant; hæc a perversa  
 hominum voluntate atque profracta ma-  
 litiâ. De gradu quod agunt nos docuit in-  
 vidia, omneque humana natura vestit,  
 quin eausse videtur, qui invidiosa mali-  
 tia infidias aliis feruit et tamen omnem  
 orbem ita inflavit peste ferocem itud se-  
 lus, ut pro fete non amplius habeatur.  
 Et quis veteris memoris ita egrans erit, ita  
 in superiorum temporum historis peregrin-  
 nus et hospes, qui non invidia tragicos casus  
 plurimos in memoriam sibi revocare possit,  
 cui non plurimum Græcis imperatorum  
 facta sunt factis cognita, qui pro re fortiter  
 gestas, patrias ex Lyranorum opprobriis libe-  
 rata curiam invidiam, cum antea in rerum grandævum  
 suspensi sed erant, ne in fortibus quidem locum reliquerint.  
 Sed plerumque ex parte eos, quorum opera ipsa servata  
 et egerint. Cetera hæc invidiam omnium genus unum  
 providus commune habet, quare hæc repetere super-  
 vacaneum esse censes. Sibi.

Vitam aliorum nostra magistram esse  
 explanavit

H. G. Flachsland. Med. Stud.

d. XIII. July.

1746

Terenz

7. 280. I or





Exord. Satis constat magnam exemplorum vim esse. Quae quoniam ex omni genere in hominum vita affatim licet reperire, sollicite conquirenda sunt et intuentia; Quocirca erit sane

Thema Vita aliorum nostrae magistra.

<sup>hoc totum ita dividi poterit, ut his</sup>

Parte prima, quorsum quae in vita aliorum deprehensa sunt, valeant si mala sunt, in

Parte secunda, ad quid, si bona sint, referri debeant exponam.

Ad. P. I. Intuentia vero sunt vel maxime

1) Vita aliena: ut detestemur

2) Probra aliena: ut vitemus.

3) Pericula aliena: ut provideamus.

4) Damna aliena: ut commoneamus.

5) Aliena vexationes: quo facilius et ipsi feramus.

6) Alieni errores: ne eisdem implicemur.

7) Alieni casus: ne eodem ruamus.

8) Exitia aliena: ne similiter pereamus.

Ad. Part. II. His possunt in usum nostrum adhiberi,

1) Aliorum virtutes: ad imitandum

2) Aliorum merita: ad consecrandum

3) Aliorum laudes: ad imitandum.

4) Experimenta aliorum; ad intendendum

5) Aliorum artes: ad instruendum.

6) Pecunia aliorum; ad discendum

7) Gloriosi aliorum exitus: ad vita nostra finem

collectrandum

Director Excellentissime!  
Socii estimatissimi!

720.

In ea, quae antefacta sunt, mortalium animos ma-  
xime esse inflammatos, ideoque magnam exemplorum  
vim hominibus inesse, quis est, qui non intelli-  
gat? Neque vero id malum dici potest, quum ex con-  
trario boni animi atque exalti apertum sit in-  
dicium, is enim non vehementer virtutem diligit  
atque, nisi qui recte factorum ab aliis ardeat a-  
mulacione. Atque, ut ostendant permitti, quod of-  
ficionem conspiciunt. Ita quicquam nullo certo ju-  
dicio ad suscipienda aliorum negotia permoveatur,  
difficile est, quum prostrare ceteris concupiverimus,  
seruare equitatem. Quocirca, ut modum aliorum  
vitas imitando teneamus, sollicitae curam adhibeamus,  
ne mala, in ipsis grassantia, simul nos aggrediantur.  
Superse itaque conquirenda atque intuerda sunt aliena  
vite exempla; ac quum haec ex omni genere in ipsis  
quam homines agunt vita reperiri possint, omnino:  
SIT A ALIORUM VITA HAEC SIT A  
est. Haec volumina dividere poterit, ut in parte

prima, quorum quae in vita aliorum deprehensa  
 sunt, valeant, si mala sunt, in parte veroficienda,  
 ad quae, si bona sunt, referri debeant, exponam.  
 Aggressorum nunc partis mea prima sumam, cum ta-  
 quae in hominum vivendi ratione, in mala abire,  
 contemplantur atque illustrabo. Intuenda vero hic sunt  
 vel maxime vitia aliena: ut deestemur.  
 Quorum vero tanta multitudo est, ut vix exnumerari  
 queat. Nomet se jam nunc duritia atque errore peccat  
 re strum, dum deestanda vitiorum facies narra-  
 tur. Cum his autem merito jungitur, illa per huma-  
 num genus late patens ingratitude, cui nil mali non  
 inest, quae terra nil pejus creat. Bene quandoque ac rite  
 constitutus animus, per otivimem virtutis amorem,  
 beneficia, quae fieri possunt, in quemdam collocat,  
 ac ceu mortalium amicum, cum sui similem red-  
 dere nititur; hic autem per vestigiis cordis est, oc-  
 casione neque ingratitude videlicet circumstantis post accepta  
 beneficia investigat. Tale portendunt ac monstrum  
 ingrati qui prope animi actum, inter homines peccati  
 indigne spirantem, vobis, Auditorer spectatissimi,  
 oculos ante figam. Tullius Cicero, unice olim  
 felicitis tutela saluorumque illi eloquii pater, Poppilium  
 Licentia regionis, impulsu Coelci, non minore diligentia,  
 quam eloquentiae fluminis vigis defendit, eumque causa

admodum dubia fluctuantem saluum ad perates suos re-  
 misit. Hic vero Popilius nequaquam ab eloquentia  
 restauratore laesus, utro Antonio accedens roga-  
 vit, ut ad illum proscriptum persequendum et pu-  
 gilandum mitteretur; impetratisque detestabilis mi-  
 nisterii partibus, gaudis exultans Cajetam euectus,  
 et virum, omisso quo amplissima dignitas, certe  
 salutis eius auctorem, studio etiam praestantis  
 officii privatim sibi venerandum, iugulum probere  
 iussit. De protinus caput somaria eloquentia et  
 facie Clarissimam dextram per sumum et Reum  
 ingrati iudicis vitium amputavit. Hocivam  
 porro ut blandam animorum depravationem, luxu-  
 riam quippe, ut illam penitus cognoscamus, simulque  
 animo aduersario detestemur, orationi mea in-  
 feram. Ne quis haec faciat, quidque damnosius  
 quae quum virtus alteratur, ac animi quodlibet  
 et corporis vires ex pugnentur. Neque vero  
 minus iugiter et illi libido. Ha si cogitemus, quan-  
 tis jammis homines, ludibrio temulente libidinis, et  
 voluptatibus abundant, omnes pudicitiae scintillas  
 restringunt, lupanarem quotidie vitam degant, in fla-  
 gitiosa coramphelarum vita profundum se praecipitent,  
 vita carere, quam tam delicato vitii utriusque huius  
 imperio obtemperare, fatuis esse dicamus. Cetera vero

vitiorum, crudelitatis, irae, odii, avaritiae, superbiae, sui,  
 impotentiae, perfidiae, temeritatis et aliarum generum  
 subtilius exsequi longum est; quare modo verbo  
 unico haec tetigi, quoniam me iam angustis notando  
 limitibus esse circumscriptum videam. Omnia ergo, ha-  
 rum, quas propositi flagitia animo nostro horro-  
 rum imitant, imprimant, infigant. Tunc quoque  
 secundo observanda sunt nobis aliena probra:  
 ut vitemus. Quod si illa perniciose dominum tur-  
 ba, qua omni vitiorum genere instructa est, et  
 impudentia atque temeritate processit, ut et palam  
 insanas vitiorum suorum delicias potenter, etque  
 indulgeant: necesse est, ut mortales, adhuc quodam  
 vitantur amore acti, flagitiosorum illorum vitia ra-  
 tionem contemnant, atque probra cuncta adficiant.  
 Naturale itaque est, ut probra vitia consequantur, naturale  
 ut est ab eis, qui vel maleficientissimi sunt, vera mala  
 habeantur, despiciantur. Nec mirum, neque dissonum  
 est, vel a malis malis probra adfici posse. Mali enim  
 nunquam non inter se dissidii ignem alunt, atque ali-  
 menta supponunt, ac si sui similibus male res eveni-  
 unt, insident. Vitam nostram porro institimus, si  
 pericula aliena providendo aspiciamus. Nullum  
 iam exiguum malum invenitur, quod non periculis  
 obsideatur. Quare in hac rerum universitate ple-  
 rumque accidit, ut in, qui malorum fumam tenent, vel

maxime periculis omnibus sint circumscripti. Quod  
 enim hominum, pericula quaecumque incertum in inde-  
 nitum sunt, atque ut plane pereant, prope absunt.  
 Ne quem sapienti nil nisi providere cordi sit, qui-  
 -ri et nos nostram secundum istorum vitam institu-  
 -amus, providentiâque omnia dirigamus. Damna,  
 tum periculis proxima, ut commoneamus, animo  
 quoque nostro infigamus. Sic in rebus humanis evenit  
 ut dominetur a malis vel maxime per aliorum dam-  
 -na atque in felices domum rerum casus de terraether-  
 -nos vero longe nobilior accendat reficiatque ani-  
 -mi spiritus, minime demum si damna nobis oc-  
 -currunt infinita, malis versari speramus, hominis  
 ex aliorum infelicitum casu commoneamus, nequa-  
 -quam malitiae viam ingrediamur. Alienarum  
 quoque vexationum aspectus nostram vivendi nor-  
 -mam corrigere potest: quo nempe facilius atque  
 -feramus. Haec vero mortalium conditio est, et  
 in minimis afflictionibus protinus desperant, animique  
 ex hac desperationis miseria erigere nequeant. Timidi  
 autem isti homines, qui in malis obversantibus atque  
 praesentibus nil pati possunt, ac vel in ipsa mali cogi-  
 -tatione animo derelinquuntur; vel minime esse  
 tollere malorum patientia, vel omni rationis se carere  
 usu, apertissime ostendunt atque delectant. Nobis vero non  
 desit animus hanc felicitate perferendi, quibus rationis

usque atque doctrinarum salubrium summa est concessa;  
 quibus contigit, nullam animos lapsos excellere, qui-  
 bus mendata est, ut altiora magis egregia ad-  
 sequantur. At dicatur, infelicia atque pessima  
 posse hominibus evenire, quae etiam ab illis, qui con-  
 stantia, in homine unquam visa, praediti esse pro-  
 ferantur, at ipsam in miseriae profunditatem  
 deprimant. Quem jam nunc constantia sua fructum  
 percipere potest. quid juvat constantem esse?  
 Omnino haec negari potest, dari eventus in res homi-  
 nes, quibus impares sunt. Ex hoc autem nondum colli-  
 gi potest, et nullius utilitatis esse constantia vir-  
 tutem. Et si vobis, studiose spectabilissimi,  
 exempla quaedam adferam, quae rem omnem disponant,  
 atque sive quodam constantia vigore suffultor qui  
 animum ex infima malorum congerie erexere  
 indicent. Sed dum exempla persequor, latius  
 mihi circumspiciendi ante omnia sunt Metelli  
 Numidici constantia offeret. Hic enim ex cepit quod  
 indignam maiestate et moribus suis procellam. Cum  
 enim animadverteret, quod tenderent quorundam su-  
 aessi conatus, quantoque malo rei publicae, nisi hi occu-  
 -reretur, erupturi essent, in exilium, quam in legem equi-  
 ire, inimicorum, si legem oblovarit, futuris suis ami-  
 ctitiam, ut ita dicam exhibere maluit. Potest

aliquis hoc videri constantior, qui ne potentia sua  
 pelleretur, patria in qua summum dignitatis gradum  
 obtinebat, carere sustinuit. Quid censetis, socii asu-  
 matissimi, de Locratii virilitatis robore galli-  
 ata animo, qui aliquando praefractus constantia  
 exemplum edidit. Alieni erroris, ne eodem im-  
 plicemur, alieni deinde Casus, ne eodem rui-  
 mus nostrum vivendi curriculum instruant. Na-  
 tura ita comparatum est, ut male facta semper mala  
 consequantur, ac nisi in praesenti, tamen procedente  
 tempore nascantur plurimum malorum origines. Atque  
 eadem in mali effectuore habetur ratio, non necess-  
 est, ut statim male ac haud recte facta puniantur.  
 Infelices itaque casus, in quos irrumpunt mortales, non  
 quo minus male faciamus, animum nostrum pravi-  
 tatis ac malitiae peste inficiamus, corpus nostrum  
 talibus foedis malorum proceris debilitemus, conscien-  
 tiam nostram metu ac timore excruciemur, nun-  
 quam non retineant, in meliora fugent, coarctent.

Secundum Cetera denique aliorum: ne similiter  
 pereamus praecpta vitae nostrae bene diligende capi-  
 amus. Sed quantum est exitiorum compus, nunquam de-  
 pravati ac minus salubri animo instineti homines  
 sine stre, obducunt. Hic est vitam, intemperatae tractam  
 exitio suo traditur, ille a libidinibus in perniciem suam



raptus proemia, sed etiam facissima, cunctis corporis  
 et ingenii viribus dissipatis, accipit. Perunt  
 atque sui ipsius destructione, perunt in, qui ma-  
 nus sibi ipsos indulere, similes, perunt anxia  
 conscientia, detestanda mala representantibus,  
 conspiciunt. Omni itaque jure regulari inde ex-  
 cedere, animum a malis supradictorum in se vitu-  
 deterrere, ac e diverso in quae cunctis salutaria  
 bonaque, quae semper laudanda proferunt proemia  
 intendere fas est. Nunc vero, quum mentem nostram  
 in deploranda humani generis facta resque modo ante  
 deduxerimus, potius qua ratione vita nostra, qua cen-  
 sumus in auras abis, seriem sine lae peragamus,  
 boves vivendi auctores, inoffensos, vitis veluos atque  
 carentes, fragili mole solutos teramus, mala hominum  
 abominatione atque alia illis contraria vita infi-  
 litione animo affigamus, salubres virtutum  
 cunctisque boni utiliter precibusque percipiamus  
 operibus jam cum omni animi intentione dis-  
 seram. — Sane haec mea pars secundum orationis lo-  
 cum obtineat, majorem Vestris ingenio, studiosos  
 spectatissimi, delectationem imprimet, efficiet  
 excitabitque, quum jam qualibet, quae in rebus hu-  
 manis inveniantur, bona, integra, iusta, praeser-

-bilis vita nostra liberioriter aggrediantur, atque  
 ejus tempora nequaquam longa melius disponant.  
 -hes viter humano semine nator, nondum et pravitate  
 procreta sunt, ut nullus virtute insignis vel illius  
 suavitate adfectus in hac vita versaretur. Quare pri-  
 -mo animum in virtutes aliorum feram, exempla  
 maxime egregia ac imitanda illorumque rationes  
 persequitururus. Itaque jam nunc vestras ingenii  
 vires intendite, et mecum illud in animi mode-  
 -rati consideratione pascite. Est enim animi mo-  
 -deratio saluberrima, qua meritis nostras impu-  
 -tenti temeritate incursu transverfas ferre non  
 patitur. Quo evenit, ut reprehensionis morsu sit  
 vacua, et laudis questu opulentissima. Non  
 defuit majoribus magna mentis, moderationis anime  
 prophanthas venerari. Disquisitionis mecum Numi-  
 -dici supra memorati animum, in moderandi rebus  
 fortissimum. Patria hic pulsus in exilium secessit,  
 maximo populi consensu restitutus illi in usum  
 iterum datus. Sed eundem constat pari vultu et  
 exulem fuisse, et restitutum. Deo moderationis  
 beneficio medicus semper inter secundas et adversas

res animi firmitate versatus est. Non minoris ad-  
 mirationis illi patientie heroco contemplandi  
 sunt. Haec enim patientia, non sane infirmioribus  
 radicibus stabilita est, aut minus generoso spiritu  
 abundat. Quam Pompejus ille probabili virtute  
 sua assequutus est; quam servus quidam, minime  
 servili animo animatus, amplexus est. Hic enim  
 quendam, quod dominum suum ictibus trajecisset,  
 egro animo ferens, statim accedens, interemit.  
 Quumq; comprehensus omni cruciatus genere ex  
 carnificae telus, Calpurnia tamen suavitatem, quam  
 ex vindicta ceperat, constantissime obstinatissi-  
 meq; aluit. Ad reliqua jam transire mihi conan-  
 ti, fortitudinis, abstinentia, continentia, verecun-  
 dia, amoris justis, amicis sanctae, liberalitatis,  
 humanitatis et clementiae virtutes adhuc occur-  
 runt. Has vero altius diquirere ac tangere  
 ex temporis ratione meum jam esse haut arbitror.  
 Quocirca aliorum merita ad coniectandam  
 contemplandus, longius proceam. Non tam sine  
 rebus humanis est constitutum, ut bona quandoq;  
 et laudabilia praestantissima minime nancis-  
 cendae promerita. Quum itaq; tam benigna

erga amicos suos sint virtutes, ut omnia, quae in  
 illorum salutem quidquam conferant, tribuant:  
 quod impediatur, quo minus meritis hinc atque benefi-  
 -ciis indulgeamus, recti et in orbitali boni sectato-  
 -res esse studeamus, hinc perscrutemur. Laudes  
 proinde aliorum excubent nos et accendant ad  
 laudibus digna amplissimis. Laudes omnino  
 ad bona semper cunctos incitare non negandum.  
 Id homini inditum atque inatum est, qui lau-  
 -des percipere queat, pro facultate sua consulat.  
 Tam patens, tam late ubique per humanum genus  
 spectans principium habetur, quo cumque sit modo  
 laudes adipisci honoresve, ut vel vilissimus quis-  
 -que vivo honorum ardore inflascentur, se in  
 eorum, qui laudem sibi acquirere, numerum  
 inferendi. Sed cum ergo bonorum auxiliis, quas  
 aliquando sumus accepturi, laudibus dignos pa-  
 -ret. Non tali reficiamur animo, quo quisque malo-  
 -rum potest, tali autem, quem animus rectus ob-  
 -diat atque acquirit. Venio nunc ad aliorum  
 experimenta, quibus sapienter utamur necesse  
 est. Ad effectore hujus mundi sapienter constitutum

et annexum sunt mortalium quivis, sui similibus  
 cunctis nempe terrarum incolis, cunctis, hominibus  
 prostantiam pro se ferentibus, cunctis naturam  
 cum sua converentem, prostantibus succurrat,  
 auxiliore suffulciat. Et id jam in experimen-  
 -tis, quae faciunt, esse deprehenditur. Obser-  
 -vant quippe singulares rerum eventus, experi-  
 -untur qua ratione in posterum sese gerere debe-  
 -ant, vident et sentiunt, officium erga alios, ut  
 patefiant, quae sunt experta, injungere. Qui-  
 -cunque itaque, qui de recto intelligentie usu  
 jactare se potest, qui hujus non facit jacturam,  
 minime, quae sibi ad utendum sunt permissa,  
 usque percipere, est defuturus. Nos vero cupi-  
 -de cuncta, quae in intelligentiam cadunt, arri-  
 -pientes, vitam nostram ditiores esse credimus,  
 utendo probat is aliorum bonis supra omnem du-  
 -bitationem passum est. Neque vero minus  
 artes aliorum ad instruendum inspicere, per-  
 -forulari ad corrigendam vitam naturam, nos  
 decet. Per ingeniorum aciem tandem artes in-  
 -tam amplissimam evehebantur dignitatem,  
 ut si cuncta a quopiam artes addiscantur,

alia, transcendens, ingenium dicitur. Hoc itaque  
 magno artium fastigio humanis ingenio ali-  
 menta tanta suppetunt, ut si unquam modo  
 recte beneque didicerint, amplum suae vitae  
 gradum ascendere possint. Secundum ead-  
 dem recte vivere discimus, per illas aucta,  
 ut obscura, disquirere, actiones nostras dis-  
 ponere, ingenii ipsi facultatem amplificare  
 et corroborare, inter homines versari, liti-  
 et in genere voluptate temperate percipere,  
 seria tristiaque, humana atque petulantia  
 per medium ducere, in amicis eligendis pro-  
 videre, in affectionibus temperanter esse, ut  
 in aliis in finit is rationis usum in alius  
 tollere valeamus. Hanc sicut itaque quam par-  
 est plurimum ex artibus ad vitam instituendam  
 concurrere et confluere, concludi oportet.  
 Tertat si jam nunc expositio mea ad aliorum  
 secunda, ut inde discamus. Licet quidam per-  
 verse mentis mortales, rerum secunda nostri,  
 improvide omnia peragant, immodice in utantur,  
 felicia semper durare putent, securi, nullo mali futuri

metu percipi, vitam degant, cuticulam mollitia  
 ac delicate curent; licet tales, inquam, quos  
 modo definiui in hoc terrarum orbe invenien-  
 tur, in secundis rebus versantes, sed modum  
 istorum servare nequaquam cognoscentes, tamen  
 et voluntas et propositum, constantia virili  
 proVectum vel si splendidissimis secundis cir-  
 -cumspiciamus rebus, cuncta moderate utando  
 regere, nostro in animo firmiter hæreat. Per-  
 -discamus itaque moderatam in secundis ducere  
 vitam, cum legibus conjunctissimam. Glori-  
 -osi tandem aliorum ex illis ad vitam  
 nostra finem collectrandum, et nos in  
 bonam vitam deducunt. Virtus illa divi-  
 -na nondum omnibus atque singulis negli-  
 -gitur, sunt omnino adhuc, qui illam, ille  
 maxime digni venerantur. Sed et illa ex  
 -Aremi tristitia fata rogi effugiens, intami-  
 -natis honoribus fulgens virtus, eos, qui  
 suam amicitiam conciliare conantur, omni  
 felicitatis ambitu firmare dignatur. Quæ  
 itaque aliter fieri potest, ut amicos sine spij,

quum ea eos tam largis ex omni beneficiis, in  
 hac mundi cardine, omnibus copiis afflu-  
 entes, omni nobilitate ac celebritate  
 praediti, vitam ad omnem virtutis nor-  
 mam, legem, disciplinam recte exigentes,  
 toto pectore ad aliorum bonorum amorem in-  
 cumbentes, nullo non tempore reperiantur.  
 Nihil itaque dubitandi causa remaneat, eos, qui vir-  
 tutem consequantur, in hac vita omni cum  
 virtutis gloria esse exituros discessuros.  
 Quicumque itaque secundum has regulas,  
 quas exposui, vitam suam temperavit, inte-  
 gerrime, recte, sancta illius norma est  
 observaturus, ei sane, cunctorum fructuum,  
 quas explicavi, participem esse, et  
 exploratum, et notissimum erit. Lete-  
 mente atque contenta finem incorruptum,  
 a natura datum, sese esse assequutum  
 cognoscet, animo, tranquillitate pacis, felix



terram, in qua modo preparanda ad majora ani-  
-mae tempus terere debuit, deseret atque relin-  
-quet. Hoc vita curricula, quid praestantius  
quidque feliciter? Osi animi nostri, Audi-  
-tores, halem felicitatis gradum, anor, an-  
-tem recte transgisse, consequerentur.



mei orati  
ps psalm  
Psalter  
ri, hinc  
ant, an  
en hoc